169

IOHANES DE LEGNANO
IHS

# Ant. Mancinelli.

# Spica uoluminum. iiii.

# Verſilogus.

Inc 300

Antonius illuminatus de monte nouo.
Ant. Mancinello. S.P.

Salue mi Mancinelle. Accæpi litteras quas ad me Bal
theſari cõi diſcipulo dederas cũ opuſculis tuis corpore
quidẽ paruis. At puri & latini ſermonis copia ĩmenſis.
Etenim cæteris temporibus anguſtia omiſſis Spicam p/
curri quæ mihi frugifera uiſa ẽ: ut nihil hactenus ad pue
rorum eruditionem abſit omnis liuor Compendioſius
ac utilius editũ intuear. nihil nanq̃ mancum aut prauũ
ſed omnia dextima & rectiſſima ſapit habeat iam Bar/
barus Alexander. & Barbaram cum ſua Barbarie repe/
tat patriam. Et uere romanus ac elegans Mancinellus
ubiq̃ uigeat & decantetur. Gratulor ingenio tuo pſpi/
caciſſimo quo latinus ſermo illuſtratur. Gaudeo mihi &
cæteris grãmatices pfeſſoribus q ſine labore & faſtidio
tua induſtria in tradẽdis artis grãmaticæ erudimentis p
ficere poterimus. Ago tibi gratias ĩmortales q primus
non modo litteris uiſitare uerum munera & quidem re/
ge digna imptiri dignatus es. quibus rebus tantus in
me excitatus eſt amor te uidendi ut in horas ardeam te
conuenire. Et niſi publicum me impediret munus iamiã
ad te aduolaſſem. ut præſentia noſtra hæc noſtræ amici
tiæ primordia confirmaremus interea uale. & Antoni9
Antonium ama: qui te omni officio & pietate colit. Et ſi
quid tibi gratum efficere queam iube. obſecro. nihil mi
hi gratius euenire põt q̃ tuis & aliorum doctorum iuſſis
obſequi & parere: iterum uale decus meum. ex mõte no
uo. x. cal. ſextiles. Mccccl xxxxi.

Ant. Mancinelli Veliterni Spica. ad inclytum ſapientemq; uirum Iacobum ſutrinum utriuſq; Iur. doctorem eximiũ. Epũq; calacenſem liberaliſſimum.

SAepius e noſtris uoluere penatibus ire
Quæ mihi iamprĩdẽ Muſa benigna dedit
Ne tamen in præceps ruerent ne ſorte ſubirent
Exitium. nulli ducta per ora uirum.
Continui retroq; domum remeare coegi
Adiiciens aliis non uigilata uiris
Cui demum uenerande pater. cui tradere poſſem
Tutius. id pueri me monuere tui
Germano exorti. quorum tibi cura philippus.
Tullius alter erat. quis decor omnis ineſt.
Ingenium facile & cunctis ut cerno paratum
Vnde domus creſcet fama. ſaluſq; tuæ.
Creſcet enim. nam exempla tenẽt digniſſime pſul
Multa tui ante oculos. dum pietate uiges
Iuſticia. canaq; fide. pbitate uel omni.
Dum ſcelus omne fugas: cuncta probanda tenes
Sanctior hinc fabio. Curio quoq;. ſiue Metello
Gratior e cunctis quotquot in orbe uigent
Ergo patrocinium noſtri iam ſume libelli.
Pro meritis fuero tempus in omne tuus
Scripſimus hæc pueris. cura. aſſiduoq; labore.
Plenior hinc Spica eſt. pinguis ariſta ſimul. Vale

Tituli Declinationis

Prima declinatio. tit. i.
Secunda declinatio. titu. ii.
Tertia delinatio. tit. iii.
Quarta declinatio. titu. iiii.
Quinta declinatio. titu. v.
Patronimicorum formatio. titu. vi.
Patronimicorum declinatio. titu. vii.
In E græca titu. viii.
Octo nomina quæ ſectantur ſecundum modum pronominum. titu. ix.
Carentia uocatiuis. tit. x.
Compoſita e duobus rectis. ti. xi.

Compoſita ex recto & obliquo:ti.xii.
Compoſita e duobus obliquis.tit.xiii.
Carentia caſu & numero.titu.xiiii.
Quæ penitus carent ſingulari uel
plurali.titu .xv.
Maſculina ſingularia.titu.xvi.
Fœminina ſingularia.titu.xvii.
Neutra ſingularia.titu.xviii.
Maſculina pluralia.titu.xviiii.
Fœminina pluralia.tit.xx.
Neutra pluralia.titu.xxi.
Maſculina in ſingulari in plurali neutra.titu.xxii.
Fœminina in ſingulari.in plurali neutra.titu.xxiii.
Neutra in ſinglari .in plurali maſculina & neutra
titulo.xxiiii.
Neutra in ſingulari.in plurali fœminina.titu.xxv.
Diuerſi recti in eodem genere.titu.xxvi.
Duplicis nomina declinationis .titu.xxvii.
A Quis.& Qui deducta titu.xxviii.
Compſita pronomina.titu.xxix.

Spica libellus uoluminum quattuor hæc habet.i.
Carmen declinationis.De Generibus.De præteritis
& de Supinis.

Prima declinatio.titu.i.

PRima genus tantum poſcit uariatio triplex.
Maſculeum muliebre ſimul cõmune teneto
Sumit A.poſt As.es.aut am.uariatio prima.
Aegina Aeneas Anchiſes monſtrat & adam

De genitiuo & Datiuo.

Ae genitiuus habet & diphthongon ſiue datiuus.
Auſai ueteres muſai & more pelaſgum.
Pro muſæ ac aulæ dixerunt ſæpe ſatini

De accuſatiuo.

Quartus in Am finit.muſam docet atq; poetam.
Si dat A græcorum proprium muliebre: creabit
Am uel in An quartum de triſtibus indicat illud:
Qui legis electran & egentem mentis oreſtem
Maian & electran faſtorum portio quarta:
Statius enarrat patriis æginam ab undis.
Nomen in as græcum uel in es quod prima reflecti
N potius M q̃ proprio uult tradere quarto
Indicat Aenean Anchiſen priamidenq;.
Aeneam tamen inuenies plerunq; latine
Anchiſes quarto dabit en.quinto e quoq; ſexto.
Sic quoq; laertes & achates ſiue polites
Anchiſa hic olim uariarunt nempe latini.Fab.
Coniugo anchiſa ueneris dignate ſuperbo.
Anchiſa generate deum certiſſima proles.
Vergilius dixit ueteres ſectando latinos.

De uocatiuo.

Primæ uel ternæ quartæ quoq; nomina quintæ
Auſonidum recto ſimilem dic tradere quintum.
O tamen aenea tamen anchiſe uocitabis.

De ablatiuo.

Ablatiuus in a.ſed in e cum uenit ab es ſit.
Aegina aenea anchiſe bene teſtificantur.

De nominatiuo & uocatiuo plurali.

PLurali numero rectus uel qntus in ae ſunt.
Indicat hæc muſæ uel terræ dardanidæ ue

De genitiuo plurali.
Sed genitiuus habet muſarum ſiue dearum.
Hic hæc dardanida in genitiuis num dat & arum
Sic etiam flectas tu nomina compoſitiua
Deriuata ſimul tum patronimica perdes.
Cælicola oſtendit uariando cælicolarum
Cælicolumq; ſimul dic graiugenum quoq; narum.
Priamidum ſimul inuenies & priamidarum
De Dtõ & ablatiuo plurali
Tertius & ſextus plurales concipiunt is.
Filia cum nata libertaq; uel dea mula.
Sic equa ſic aſina.in plurali terminat abus.
Valla aſinabus enim prohibet.reliqui docuere
Sed teſtamenti cauſa eſſe id ſergius inquit
Quod tribuant abus plurali nomina dicta.
Nempe animis Cicero uoluit proferre duabus.
Vxori & natæ ſcribendo ut Valla notauit.
Curtius adſcribens de uxore nuruq; philippi
Non dominabus ait dominis ueruntamen uſq;
De accuſatiuo plurali.
As quarto dabitur.muſas dicendo patebit.
In Am barbara.
Adam uult rectus.dæ tertius atq; ſecundus
Dam reliqui poſcunt.uel dic dam ſemper habere.

Secunda Declinatio titu.ii.

PRimum fœmineum neutrũ genus adde ſecũde
Er uel ir urq; refert.eus us ſimul umq; ſecunda
Indicat hic teucer uir uel ſatur orpheus atq;
Pactolus templum
I longum genitiuus habet cum flecto ſecundam.
Tertius & ſextus dant o.quartus tamen um fecit
Er uel ir urq; tenens aut um romane ſecunda
Nempe uocatiuum recto ſimilemq; generabit.
Teucer uirq; ſatur uel templum pandit abunde
Nomen atus retinens infra uariabitur apte.

In Er.
Proſper eri generat.tener ac teneri uariabit.
Armiſer armiſeri.ſic armiger armigeri dat.

Liber eri bacchus uel qui non ſeruus habetur.
Nempe liber libri chartæ eſt. uel in arbore cortex.
Trade puer pueri. ſocer & ſoceri genitiuo.
Hic cancer cancri. cancer nam cancris hoc uult
Apri gignit aper. coluber colubri retinebit.
Dexter eri & dextri patrium uariare docemus.
Alter at alterius. ſed uter uariabit utrius.
Neuter neutra quidem neutrum neutrius habebit
Quod neutri neutræ neutri quoq; flectere poſſum

Nominatiuus & Vocatiuus plu.

REctus uel quintus pluraliter i retinebunt
Maſculei generis uel ſint uel ſint muliebris.
Vtroq; in numero neutralia tris ſimiles dant.
Græculus id ſeruat ſeruat ſimul ipſe Latinus.

De Genitiuo plurali.

Plurali numero genitiuus finit in orum.
Maſcula ſi careant neutro. genitiuus in orum.
Vmq; eſt. ſic nũmus nũmorum dat quoq; nũmum
Vergilius uero. licet autem uatibus. inquit
In nono Teucrum mirantur inertia corda
Mille feras nummum nũmorum mille caueto
Vmq; triumuir habet genitiuis. pelle uirorum.
De quo uarronem quinto iam cerne libello.
Mille docet nũmum neutrum macrobius eſſe
In numero primo. plurali milia nũmum.

De datiuo & ablatiuo plurali.

Is ablatiuus longum petit atq; datiuus.

De accuſatiuo plurali.

Os retinet quartus. neutralia tris ſimiles dant.

In Ir.

Virq; uiri generat plurale uirumq; uirorum
Compoſitiua tamen leuir docet atq; triumuir
Nempe uirum capiunt ſolum. pellendo uirorum

In Vr.

Rite Satur patrio ſaturi concedere debet.

In Vs.

Hoc pelagus pelagi uulgus quoq; dat tibi uulgi
Tam neutro generi uulgus quam iunge marino.
Hæc duo plurali ſemper caruiſſe notarunt.

At cicero pelagis libro de finibus inquit.
Vm uel on eſt quarti cum maſcula græca p us ſunt
Pactolum priamum pactolon uel priamon dic.

In Vs uel in ius.

Nomen in us uel ius dat e cunctis nempe uocatis
Lucanus lucane docet. pius & pie reddens.
Si proprium dat ius recto. dabit i uocitanti:
Iulius o iuli Mariuſq; mari docet illud.

In ius.

Accipe pompei quarto naſonis habetur.
Aſt aliqui pompei dicunt. uultei quoq; caiq;.
Durus ait uultei nimis attentuſq; uideris. Hor.
Quod debes cai redde inquit phœbus & illinc. Mar.

Vocatiui anomali.

O deus. o lucus uocita. Sed filius olim.
Filie nunc fili. populus lelus ac uocitabit.
Fert pelagus uulgus flus chorus agnus. e. uel us
Attica lingua ſolet pro quinto ponere rectum.
Propterea noſtri uariant ita ſæpe latini. Pr.
Ordinibus cunctis. quod Seruius edocet olim.
Quintus erat ſimilis recto. chorus indicat illud.

Domus.

Hæc domus in recto. mus atq; domi genitiuo.
Huic domui. quartoq; domum. domus o uocatiuo.
Aq; domo ſextus. Mus hac pluralia ſumunt
At genitiuꝰ erit duplex domumq; domorum.
His domibus. quartoq; domos. mus o uocatiuis
a domibus tantum.

In Vm.

Si dabit on græcum nomen neutrale latinis
Certe on uertit in um. ſic ilion ilium habebit:
Ilios hæc etiam reperitur ſæpe legenti.
Iugerum & hoc flectit uariatio ſola ſecunda.
In numero primo duntaxat iugeris autem
Tertia declinat uel iugere. non tamen ultra
Sed totum plurale dabit ſibi tertius ordo.
Vltima pars melæ pomponi iugeris effert
Prædator cupit immenſos obſidere campos
Vt muto innumeram iugere paſcat ouem. Tibul.
Plinius. in decimo nono quoq; iugere dixit.

In eus.

Eus retinens nomen græcorum dicitur eſſe
Tydeus in recto. Genitiuus ei uel eos dat
Tydeo uel tydi poterit uariare datiuus
Accuſatiuus dat tydea tydeon unq;.
Tydeu clamabis. ſextus capit o uariando.
Orpheus hoc pacto uel perſeus ire monemus.
Tydeon eſt quarti. quum rectus tydeos effert
More quidem græco uel eus dyſillaba noſtro
Orpheon eſſe ratæ Naſoni hinc fertur in ibin
Androgeus quod ſumit eus diſyllabon. haudit
Tydeus ut quando diptongus terminat iſtud.
Tydeo nec dicas huius. uelut androgeo fert
In ſexto uates. alia eſt uariatio quippe
Quod tibi demonſtrat flectendi ſummula rite
Androgei patrius ſiue androgeo retinebit.
Tydeos hic autem ſi dices Tydeo format.

## Tertia Declinatio. titulo. iii.

TErtia quippe genus uariatio continet omne
pluribus ipſa modis finitur. in ordine dicam
Is genitiuus habet correptũ. iũgat at hæc uis
Tertius i retinet. Quartus ſed in eum uel in im ſit.
Eſt recto ſimilis quintus flectendo latina:
I uel e ſextus habet.
Vtroq; in numero neutralia tris ſimiles dant
Plurali rectus quartus uel quintus in es ſunt.
Sed neutrale genus dat a pectora fortia pandunt.
Vm uel ium genitiuus habet. bus Tertius effert

### In. A.

Rectus a quum capiet. neutrum dic eſſe pelaſgon
Doq; poema tibi: do Syrma Toreumaq; teſtes
Tos uel tis iuncta facient tamen hæc genitiuum
Syrmatos hoc ſyrma id uel ſyrmatis indicat huius
Poſcit a ſi neutrum. plurali tis tibus infert
Ergo ſyrmatibus uel tis formare ualebit
Tes autem uariare potes. quondam quia Syrma
Syrmæ dixerunt hoc ſyrmaq; tum quoq; priſci
Plurali numero dic ſaturnalia flecti.
Sed genitiuus ium retinet. uel finit in orum.
Tertius ac ſextus dant ſaturnalibus ambo.
Orgia ſic flectas. & uulcanalia. ſic &

Nomina feſtorum pluralia cuncta dierum
Bacchanal facit is profert in milite plautus.

In.E.

Quod dat E correptum neutrale.per i uariabit
Sextum.naſonis faſtorum muſa refert e.
Cur tibi pro libycis clauduntur ræte lænis
Imbelles capræ.ſollicituſq; lepus:
Tranquillus ſexto ræte aurato quoq; dixit.
De mare.naſonis dixerunt Triſtitia quinto
Grammaticus ſummus docuit.ueteres e dediſſe
Caſibus in ſextis.per e neut rum quum uariabant.
Hoc Mare plurali debet tris ſummere caſus
Cæſar ait quinto.quum gallica bella notauit
Vtimur in reliquis maribus
Cæpe tenet rectum.quartum.quintum quoq; tantum
Cæpa hæc fœmineum .cæpæ hæ pluraliter effert.
Gauſape non uariant uocem.præſepe ue neutra
Nec præneſte.tamen præneſtis fœmineum fit
Gauſapa plurali.uel tu preſepia trade
Hæc præſepis item plauti Caſina docebit
Terna petit Soracte quidem.nam tis generabit.
A ſoracte facit.quinto nam Syllius effert
Ampluſtre hoc dicunt.aut hoc ampluſtre poete
I ſexto dabitur.plurali ampluſtria.ampluſtria

In.i.

Gummi hoc haud unquā flectuntur ſiue Sinapi.
Protulit at plautus teritur ſcelerata ſinapis.in pi.
Et collumella refert fletum factura ſinapis.
Qualis & eſt gūmis terno in decimo tulit idem
Sunt frugi.& nihili nauci.uel mancipi.ut aiunt.
Obliqui.cunctis iunguntur caſibus apte
Nempe figurate.generi iunguntur & omni
Omne genus querit compoſtū per genitiuos
Iſtius idq; modi cuiuſmodi pandere poſſunt.
Bini compoſiti genitiui non uariantur.

In.y.

Græcula in y græco reperimus nomina quædam
Moly Aepy aut dory hoc caſuſque tris retinebunt

In.O.Latina.

Cardinis hic cardo.ſed appollinis edit apollo
Aſt hominis dat homo uult neminis edere nemo.

Hic hæc nemo caret plurali cum uocitante.
Turbinis hic turbo pro uento. Nam gladiator
Turbonis uariat. Margo uult marginis huius.
Nempe cupido ſolet uariare cupidinis apte
Alcedo profert alcedinis in genitiuo
Virginis at uirgo cauponis caupo creabit
Iunonis iuno carbo carbonis habebit.
Compago ſemper compaginis edere debet.
Ambago hæc etiam profert ambaginis uſq;.
Compages compagis habet ambagis & huius
Ambages flectit: late probat omnia ſumma.
Hic anio profert anienis: quippe anionis.
Ennius at dixit.
Hic anien primo ſyluarum protulit auctor.
Quas præceps anien dicens ueteres imitando
Hæc caro dat carnis genitiuo nanq; uetuſti.
Hæc etiam carnis recto uariare ſolebant.

Genitiui in ium quando fiunt.

Vult genitiuus ium pluralis ſæpius ipſe.
Quum principali recto ſit par genitiuus.
Sicq; caro carnis concedit ium generanti:
Sic etiam collis præter panum ſobolumq;.
Quis iuuenũ frugũ ue canũ ſtrigilũ quoq; iunge.
Fert ſedes ſedum uel ium. uatum uel ium dic.
Sic menſis cedeſq; ſimul duplicare memento
Nomina quũ reddũt. i. ſexto. aut i uel e iuncta
Vult genitiuus ium. calcar ue cubile docebit.
Sed quandoq; tñ ſit ſyncopa. nomina reddunt.
I uel e cum ſextis. ſapientum ut ſiue legentum.
Comparatiua quidem dant rum. nam dico minorum
Sed plus format ium. uetus at ueterum generabit.
Dat uigil & uigilum. pugilum pugil edere debent.
Vult memorumq; memor quanq̃ debent uel e ſexto

In. O. longum græca.

Nomen in O longum græcorum. fert diomedes.
Per caſus omnis uariatur more pelaſgum.
Exemplum capies dido hæc ſapho ue calypſo.
Tris autem caſus græcorum ſumimus apte.
Hæc dido didus huius dido hanc manifeſtat
A didoq; etiam poterit uariare latinus.
Plinius a ſapho ſed enim dixiſſe notatur li. xxii.

Sapho ſaphonis quondam dixere latini.
At fabius meminit nec dicere uelle libenter
Ipſe Calipſonis. Cæſar quod dixerat olim
Nempe Calipſonis quinto Macrobius effert
Didonis ſexto. Didonis prima ſequatur
Et primam. Cani Ludens fert Muſa Maronis
Protulit Ioni plauti Comœdia terna

In Ac In Ec.

Lac Lactis profert. halecis nempe dat halec
Plurale effugiunt. Lacte hoc dixere uetuſti.

In Id.

Grāmaticus docuit Dauid eſſe īmobile ſemper

In Vd.

Rex Bogud hic bogudis Maurorū dicitur eſſe

In Al.

Hoc animal profert animalis. Cætera iunge
Vectigal ueluti uectigalis generando.
Al neutrum ſexto dabit i. nam dico animali
Annibal hic format tamē annibalis genitiuum
Annibale in ſexto. ſic al dans omne marinum.

In El.

Hic Daniel danielis habet. Gabriel gabrielis.
Mel. mellis. mel melli. mel. mel. a melle repoſcit.
Hec mella. hæc mella. & mella o plurale tenebit.
Fel fellis uarians. totum plurale creabit.

In il.

Hoc nil. ſiue nihil. nullo in caſu uariantur
Fert pugil. atq; uigil. pugilis. uigilis genitiuo.
A pugile & pugili. Vigile & uigili uariato.
Plurali numero pugiſum uigilum tamen ede.

In Ol.

Sol. ſolis: ſoli. ſolem. ſol. ſole. reflectit.
Sæpius inueni ſoles & ſolibus ipſe.

In Vl.

Conſulis: hic conſul. præſul uult præſulis huius

In Am. In Em.

Hic hæc hoc nequam certe non eſt uariandum.
Hoc & tantundem genitiuo tantidem effert.
Accuſatiuo tantundem. Cætera deſunt.
Non ſexum totidem plurali dat genus omne.

In im.

Cim uici hoc nomen nunquam uariabile fiet.

In An.

Hic Titan titanis habet titanos & huius
Dic huic titani. titan aque quartus amabit
O titan. ſextus titane a ſumere debet
Hoc quoq; plurali totum uariabitur apte.
Sic quoq; declina paean. & maſcula græca
An dant in recto quotiens quod pan manifeſtat.
Primo oratoris paeanem Tullius inquit

In En.

En dans productum uel græcum ſiue latinum eſt
Hic ſplen oſtendit ſplenis: Ren renis & huius.
Hæc Syren ſyrenis habet ſyrenos & huius.
En breue quæ retinent. certe ſunt cuncta latina.
Cornicen hic pandit tibi cornicinis uariando:
Flaminis hic flamen. uel numis hoc quoq; numen

In In.

Delphin delphinos. delphinis dat genitiuo.
Huic & delphini. quartus delphina tenebit.
O delphin. ſextus delphine ab Tertia poſcit
Pluralem numerum. delphinas quartus habeto
Delphin. delphinus. delphis quoq; dicitur apte:
Nam quotiens rectus tenet in. tenet is quoq; longum
Sic arin proprium. tenet aris. ſis & Eleuſin. pr.

In. On.

Nempe Sinon proprium debet generare ſinonis.
Haud aliterq; Simon debet uariare ſimonis.
Flaccus enim dixit rationem carminis edens.
Pythias emuncto lucrata ſimone talentum
Sarpedon in recto eſt ſarpedontis genitiuo
Sarpedon longum ſarpedonis euariabit. S.
Laocoon flectit genitiuum lacoontis
Sicq; leon proprium debet generare leontis
Hæc in o flexerunt romana ut nomina quondam
Statius hinc primo de thebis attulit illud
Conclamant danai. ſtimulatq; Agamẽno uolentes

In. Ar.

Ar. neutri generis ſi deriuetur. habebit
Caſibus obliquis a longum. Exempla teneto
A laqueo laquear laquearis. ſicq; lupanar.
Vox neutra ar retinens. & longans ante ſupremam

Format in.i.ſextum.pandit laquear laqueari.
Far tamen excipitur.uarians a farre ſupremum.
Nectaris hoc nectar generans.a nectare format.
Pars paris omne tenens.ſexto pare.ſiue pari dat.
Vult Epar hoc epatis.Naris nar flumen habeto.
Lar laris eſt diuus lar lartis at induperator
Eſt ueientorum.

In Er.

Imbris habens imber.ſexto dabit imbre uel imbri.
Mulciber ex imber componi legimus ipſi.
Mulciber hic uariat genitiuum mulciberis.uel
Mulcibris eius enim ſimplex ſectabitur apte.Pr.
Hic hæc puber enim.dat puberis in genitiuo.
I petit in ſexto ſeptember ſiue Nouember.
October ue.December item.quæ nomina menſum.
Carceris hic carcer.mulier mulieris habebit.
Arbor acer profert aceris tantūmodo ſemper.
Aggeris hic agger genitiuo tradere debet.
Hic celer.hæc celeris dans hoc celere.a celeri uult
Mediocer ſic & mediocris.uel mediocre.
Sic & equeſter erit ue pedeſter.ſiue paluſter.
Et uolucer.celeberq;.alacerq;.ſaluber.& acer.
Campeſter.ſilueſter item quibus adde ſequeſter.
Fœmineum cuius phocas uult eſſe ſequeſtra
Vndecimo uates nam dixit pace ſequeſtra.
Grammaticus meminit plautum feciſſe ſecundi.
Ordinis id nomen.cum fert fugioue ſequeſtrum.
Is uel in Er nomen finitum.dat genitiuos
Sicut in er tantum.ſibi ſcilicet is capiendo.
Indicat hic puluis uel puluer.pulueris huius.
Hic Ciner atq; cinis cineris ſolūmodo reddens.
Sic uomis uomer genitiuum uomeris effert.
Hic cucumer dat eris:cucumis tamen hic cucumis dat
Aetheris hic æther dabit ætherem & æthera quarto.
Sic Aer uariat.plurali ambo caruerunt.
Hoc iter inflexum dat itineris in genitiuo.
Iuppiter huius habet iouis.olim iuppitris atq;
Iuppiteris.recto iouis attribuere uetuſti.
Marſpitris Accipitris dant marſpiter accipiter ue
Crater crateris crateros & huius habebit
Craterem quartus crateraue terminat uſq;.

Caſibus in reliquis poterit iam flectere quiſque.
Sic pantherq; ſtatherq; character tu uariabis.
Ver ueris ueri uer uerq; a uere tenebit.
Sic cicer hoc ciceris plurali ambo caruerunt
Verberis atq; beri ſolumq; a uerbere dicas.
Verbera plurali declinat tertius ordo.
Quare hic crater & hæc Cratera
Sæpius e græco rectum fecere latinum
Accuſatiuo. recte hæc Cratera docebit.
Hæc panthera ſimul. uel caſſida. ſiue ſtathera. Pr.
In Er. pro ablatiuo. Pr. vii.
Nomen in Er. generis cuiuſlibet accipiens. e.
Formabit ſextum. pauper ſic paupere formar
Si tamen is recto iunges in. i. uariabit.
Hic celer hæc celeris teſtabitur. a celeri dans.
Coīa cum neutris in. e. pro abltō Pr. vii.
Maſculina quidem. ſiue & cōmunia. rectum
Er uel in is dando. faciunt per e neutra tamen ſi.
Ablatiuus in i tantum uariabitur ipſe.
Hic celer. hæc celeris. celere hoc. celeri uariabit.
Omnis & omne quoq; in ſexto uariabimus omni.
Peligni paridis ſed epiſtola ſcribit amicæ
Hoc mihi nam recolo fore ut a cæleſte ſagitta
Figar. leander cæleſti pectore dixit
Amne perenne latens, anna parenna uocor. faſt.
In decimoquinto eſt. ſpecie cæleſte reſumpta.
Aq; bimeſtre pores faſtorum cernere ſexto:
Extaq; de porca cruda bimeſtre tenet.
Hument incultæ fonte perenne genæ. ouidio.
In. Ir.
Martyris ad martyr uel martyros edere debet.
Vrbs hoc hiſpanis gaddir dat gaddiris huius
Hoc hir planta manus. recti eſt. quarti quoq; quinti.
In. Or.
Or retinent quotiens græcorum nomina ſemper
Ante ſuprema quidem breuiabitur in genitiuo.
Actoris hic actor demonſtrat. & hectoris hector
Cor cordis. memoriſq; memor. uult æquoris æquor
Marmoris hoc marmor. ſic robor roboris huius.
Grammaticus quinto memor hic hæc aſſerit eſſe.
I uel. e. ſextus habet ſed e. raro, namq; uetuſti

Hic hæc & memoris memore hoc uariare ſolent.
Quippe trium generum phocas uult legimus autem
Aeneidos quarto.iuſtumq; memorq; precatur
Hic hæc hocq; memor.fert grāmaticus quoq; dici
Poſt ſextum.plurale tamen neutrale negauit.
In Vr.
Vulturis hic uultur.fulgur dat fulguris huius.
Hoc femur at femoris.robur quoq; roboris effert.
Hoc ebur ac eboris.fur furis uult genitiuum
Quippe iecur iecoris uel iocinoris edere debet.
In As.
Mecœnas hic uult mecœnatis genitiuum.
As aſſis uariat.mas hic maris indicat huius
Vas uadis hic optat.uas uaſis ſed tamen hoc uult.
Vaſa hæc uaſorum.uaſis.uult ipſa ſecunda.
Hoc fas.hocq; nefas.debent tris ſumere caſus
Hic hæc hoc nugas indeclinabile dicunt.
Arpinas hic hæc arpinatis uariabit.
Aſt arpinati dabit arpinateq; ſexto:
As circum flectunt gentilia.ſunt uelut illa.
Arpinas fruſinas.quoniā ſibi ſyncopa facta eſt.
Arpinatis enim ueteres hic hæc uariarunt.
Hoc arpinate in neutro.Priſ.
Plinius hinc decimo quarto generoſa docendo
Vina latinorum.fert priuernatia uina.
In as latina pro genitiuis.Pr.
As latium dat ium.dabit um quoq; pro genitiuis
Id tamen arpinas probitas ue docere ualebunt.
In As græca pro Vocatiuo
Græcula quæ tribuunt as rectis in genitiuo
Vel creſcant uel non.tribuent a cuncta uocanti.
Sic uocat æneas ænea.la quoq; pallas.S.
Græcorum ponunt as recto maſcula quando.
N t ſi retinet genitiuus more pelaſgo
An quintus format.ſimilis tamen eſt quoq; recto:
Calchas hinc calchan.calcha & calchas uocitabit.
Sicque gigas.diamas.adamas.pallas uariantur:
At quondam Calchas calchæ uariaſſe notatur.
Pallas pallantis uocitat pallan quoque pallas
Sed maro ſectando græcos fert maxime palla.Pr.
In.Es.

Stipitis hic ſtipes truncum ſine frondibus eſſe
Ac torrem dicunt.
Stips ſtipis hæc nummus ſignatus: Feſtus ut inquit
Pes pedis atq; tripes tripedis reddit genitiuo.
Compedis hæc compes etiam uariare notatur.
Hæc pubes pubis pro multitudine poſcit
Hic hæc miles enim dat militis alitis Ales
Alitum & alituum plurali dat genitiuo
Quippe figurate.
Hic hæc fert præpes genitiuum præpetis huius.
A terete & tereti ſexto teres addit hebeſq;
Arietis hic. Aries Paries hic parietis fert.
Nempe quies debet iamiam generare quietis.
Nanq; olim tribuit genitiuo ſæpe quiei.
Hinc requies flectit requietis uel requiei.
Vult teges hæc tegetis uult inquies inq; quietis.
Rectus apes uel apis legitur retinere poetis.
Aſt apiumuel apum pluralis uult genitiuus:
Deſes ſiue obſes. dat deſidis obſidis atq;
Sic cuncta a ſedeo compoſta inflectere debes.
Quippe ceres cereris merces mercedis habebit.
Locuplete capit locuples ſimul a locupleti
Grammatico ſed enim generi coniungitur omni
Hagnes hagnetis. magnes magnetis habeto.
Præs prædis generat prædum pluraliter effert.
Hic moyſes. huius moyſi dabit. huic moyſiq;
Hunc moyſen. quintus moyſe fert a moyſeq;
Sic apud eſt ueteres ſcripturas. ergo ita flecte.
Dicitur & moſes moſis uel moſi ut achilles.
Huius achillis enim: uel achilli format achilles.
Lem quarto tribuit. quinto & ſexto dat achille
Mi achilles uocitat plautus de milite narrans.
Eus quoq; rectus habet. quod achilleus indicat ample
Plautus in epidico profert O Hercules. idem.
Fert etiam in decimo.
Nomen in Es longum græcorum ſicut ulyſſes
Et quinto tribuit ſiue es quod parcius eſto
At genitiuus erit uel in i uel in is uariandus.
Nempe dares generare daris uel noſce daretos
Sic mendes rhāneſq; chremes laches quoq; giges.
Thucidides autem dis uel de rite creabit.

Ordine ſic duplici moſes moſis quoq; moſæ.
Noſce chremes generare chremis generare chremetis
Noſce chremē quarto uariare chremeta chremetem
Nanq; daren uates poſuit. poſuitq; dareta li. v.

In is.

Vult lapis hic lapidis ueteres lapis huius habebant.
Cuſpidis hæc cuſpis. dat iaſpis iaſpidis huius.
Strigilis hæc proprio fert ſtrigilis in genitiuo
A ſtrigili in ſexto. ſtrigilum pluraliter effert.
Pollinis hic pollis generat Cæſar tamen inquit
Pollinis hic pollen. dixit ꝓbus hic quoq; pollē
Pro media libra ſemis ſemiſſis habebit.
At pro dimidio ſemis ſemis tenet uſq;
Hic hæc Dis. Ditis. Dites & ditia flectit
Hic Dis uel ditis pluto eſt. quod Seruius inquit
Glis gliris tenet hic. Glis gliſſis lappa refert hæc
Glis dans hęc glitis pro creta ponitur apte.
Hic hæc pubis habet genitiuum pubis: ut effert
Seruius in quinto. compoſitum fit tamen inde.
Hic hæc impubis ſimul hoc impube teneto.

Accuſatiui in Em. & im.

Em dat & im. puppis. turris. reſtiſq; ſecuris. P.

Accuſatiui in Im. pro ablatiuo.

Accuſatiuus dans im. ſolet. I. dare ſexto
Vt tyberim. a tiberi. Priſ.

Accuſatiui in Em. & im. pro ablatiuo.

Im retinens ſimul em quartus. dabit. i. uel e ſexto
Hanc turrem & turrim. profert a turre ue turri
Finit e duntaxat quidam ut monuere bipennis
I uel e dat phocas. uariatq; bipenne bipenni.

Menſes in er uel in is pro ablatiuo.

Er uel in is menſis ſexto dabit i uariando.
Accipe ſeptember ſeptembri. ſume nouember
October ue december item quintilis aprilis. Pr.

Regulæ. x. pro ablatiuo.

In uis finitum. ſicut nauis quoq; ciuis.
I uel e dat ſexto. ſic in guis format ut anguis
In ctis ceu uectis. in gnis uelut indicat ignis
In mnis ut hic amnis. Sic omne genus uelut ardens

Comparatiua ſimul melior peior bene monſtrant
Et quæcunq; dabunt is recto. quando præibit
Conſona bina. uelut poſt is. dant i uel e ſexto
Sumit e duntaxat teſtis peſtis quoq; ueſtis
Trix uerbale tenens ceu u ctrix. t. uel. e. ſumet
I uel e gentile arpinas fruſinaſq; creabit

In is pro Genitiuis

Quod tenet is. longum: ſi creſcens eſt genitiuus
Plurali dat ium lis litis ſume ue ſamnis

Accuſatiui in es & in is quãdo fiunt

Si dat ium nomen genitiuis tunc bene reddit
Es ſimul is quarto. colles hos dic quoq; collis
Rectus in is. ſemper faciens in ium genitiuos.
Es & in is quartum finit. nam ſæpe uidebis
Hos ignes ignis. hos omnes hoſq; uel omnis
Pauca tamen recto quarto aut quinto tribuerunt
Is. uelut hæ ſardis alpis ſyrtis quoq; trallis
Tortellus docuit ſyrtis ſyrtes quoq; dici
Alpis ac alpes. quod Plinius uſitat ipſe
Trallis uel ſardis plurali alpis quoq; trade
Lucanus primo dixit. nunc deſuper alpis
Nubiferæ colles. terno quoq; protulit alpem
Nec quot in alpe feræ pellignæ tertius artis

In is græca pro Genitiuo.

Nomen in is græcum faciens & in os genitiuum
Præcedat tamen os ſi littera conſona ſemper
O mutabit in. i. monſtrat ſimois ſimoentos
Nam ſimoentis erit. dat adonis doni dos & dis
Huius adonis item. flectendi ſumma legatur.

Genitiuus græcus in os puram.

Grammaticus ſexto monuit ſi fert genitiuus.
Os puram græcus. recto tunc rite pelaſgum
Fit ſimilis noſter genitiuus. ſic & adonis
Huius adonis habet. græce ſed adonios effert
Sic polios ue polis uariare Neapolis aiunt

In. is. græca facientia genitiuum in dis

Attica ſi reddunt is recto. & dis genitiuo
Tertius ac alter creſcunt ſolummodo. recto
Sunt ſimiles quarti. ſexti quoq; dicimus ergo
Hec tigris. dis. di. tigrin. tigri. quoq; tigri
Si ſecus inuenies. ſcito quod fiet abuſus.

Lucanus dixit. flammis & tigride fœta. S. Li. x.
Tu tamen inuenies ſæpe id dixiſſe poetas.
Sexto operis magni ē defenditur ægide pectus. Oui.
Illius ambages imitatus in ibide dicar. Naſo.
De ponto. eſt domino buſyride iura timeres.
Triſtibus in legi. celebraſſe lycorida gallo.
Tum iuuenalis ait. condita in pixide lide.
Thebaidos finis. Diuinam æneida tenta.
Dat paris hic paridos paridis ue paris genitiuo.
Huic paridi ue pari. parida & paridem. parin & rim
O pari ſiue paris, ſexto ride ſiue pari dat.
De quinto uideas helenen. quum ſcribit amico.
Nam caſus alios Maro fert. aliiq; poetæ.
Mater achillis habet thetis hæc thetidos thetidis ue
Huic thethidi quartus thetin atq; thetim uariabit.
O thethi clamat o ſextus tide ſiue thethi uult.
Tethis oceani coniunx dat tethyos huius.
Huic tethy. hanc tethym uel tethyn. clamoq; tethy
Terminat a tethi.

In Is græca pro accuſatiuo.

Accuſatiuus græcorum finiet in ſi
M dat romanis tybrin tybrim fabarinq;
Et fabarim pandit.

In Is græca pro uocatiuo.

Si græci rectus tenet is. dabit i uocitanti.
Inde Charibdis habet quintum uariare charibdi.

In Os.

Ferre nepos debet genitiuum rite nepotis.
Quippe leporis habet lepor atq; lepos genitiuum.
Tum labor atq; labos debet uariare laboris.
Hic odor hic uel odos genitiuo tradit odoris.
Sic uariant clamor clamos color arbor & arbos
Flos floris. cuſtos debet cuſtodis habere.
Cos cotis format. dotis uult quippe ſacerdos.
Bos bouis uſq; boum plurali dat genitiuo.
Bobus uel bubus uarro fert plinius atq;.
Impos uel compos dant compotis Impotis ambo.
Os breue fert oſſis. tamen os oris generabit.
Heros heroos ue herois dat genitiuo.
Minos minoos minois flectere debet.
Tros troos trois. phocas id rettulit ample.

Protulit at Criſpus minonis ſugerat iram:
Hoc autem.quoniam minon quoq; græcus & heron
Vſitat in recto.romanus fert quoq; mino
Vt leo ſiue draco.græci leon ac dracon aiunt
Exemplo minonis ait tranquilus & ipſe.
Hic & athos recto uel athon uariare ſolemus.
Huius athonis habet.ſed tertius inquit athoni
Sumit athõ quartus uel athonem.& ſumit athona
Clamat athos uel athon ſextus dat atho uel athone.
Aut athon aut rhodopen dixit gæorgica primo
Quod lepores in atho.tulit artis naſo ſecundo.
Aſt caldarinus libro naſonis in ibin.
Dixit athos haud eſſe breuem capito quia magnum
Narrat athon recto maurum non rite tuliſſe

In Vs

Velleris hoc uellus pondus uult ponderis huius
Muneris hoc munus.uulnus quoq; uulneris edit
Fert holus hoc holeris.recte dabit hulceris hulcus
Hoc acus eſt aceris.ueteris uetus affert apte
Pus puris puri pus pus a pure tenebit
Vtitur obliquis medicus ſæpiſſime celſus
Temporis hoc tempus facinuſq; facinoris effert
Vult penus hoc penus hic hæc nempe penus uult.
Hocq; pecus pecoris.pecus hæc pecudis uariabit.
Sæpe pecu ueteres dixerunt.ac pecuare
Plurali pecua.& pecuaria ſæpe tulerunt.
Vult lepus hic leporis.tamen intercus dabit utis
Pigneris hoc pignus.uel pignoris edere debet.
Fœneris aut aliter fœnus.uel fœnoris affert.
Tellus telluris.mus muris.crus dato cruris
Rite palus ue ſalus.udis dabit atq; ſalutis
Incus incudis.ſuis & ſus.grus gruis effert
At ligur atq; ligus liguris debet uariare
Fert Pelagus pelagi.uulgus uulgi retinebit
O pelage & pelagus uulge & uulgus uocitabis
Oedipus œdipodis debet uariarie podos ue.
Tertius œdipodi.quartus poda ſiue podem uult
Oedipode in ſexto.quintus tamen œdipu habebit.
Oedipus ut græce uariatur quippe melampus
Oedipodis magni thebaidos ultimus affert

Oedipi ait tranquillus enim de cæſare dicens
Oedipo ait plauti comœdia pœnulus olim
Oedipodes etiam uelut anchiſes uariatur
Oedipodæ confuſa domus fert ſtatius ipſe!
Comparatiua quidem dicunt.e.uel.i.dare ſexto
Id melior pandit meliore a uel meliori
Nam neutro ueteres tribuerunt or.uelut inquit
Grammaticus referens fœdus prior eſſe apud illos

In Aus.

Fraus fraudis generat laudis laus hæc tenet apte

In Ns.In Er.In Vr.pro genitiuis.

Ns nomen habens genitiuis um uel ium dat.
Pandit amans illud nam tum ue tium generabit.
Er uel in ur rectus tantum dabit um genitiuis.
Sicq; pater patrum Murmur quoq; rite murũ uult
Exemplo tandem firmamus cætera cuncta
Sicut apes apium uel apum.

In duas conſonantes pro genitiuis.

Conſona bina quidem rectũ cum terminat edit
Sextus e reddit ium genitiuis dens tibi dente
Glandeſq; glans monſtrat uarians in ium genitiuos
Vm uel ium formare Parens docuere poetæ.

In bs Ms ps pro genitiuis

Bs ſiue ms ps ſi dictio finit
Vm generat chalybũq; chalybs & hyẽs hyemũ dic
Pum princeps etiam genitiuis ferre monemus
A capit aſt in ium compoſtum flectere debet
Syncopa ni fuerit panditq; bicepſq; tricepſq;
Bs & ps ſi ſint monoſyllaba forte
Vult genitiuus ium trabs urbs ſtirps indicat illud.

In Ls Ns Rs pro genitiuis

Ls ſiue Ns Rs quoq; dat genitiuum
Ante s ti iuncto puls pultis mons quoq; montis
Iunge cohors flectens genitiuum rite cohortis
At glans dat glandis diſcors diſcordis habebit:
Format euntis iens abiens.rediensq; quiensq;
Præteriensq; ſimul ſic cætera compoſitiua
Quæ dat iens flecto uerum uult ambiens entis
Vphens uphentis libripens libripendis habeto
Lens animal lendis lens lentis dico legumen

Vuda maris capiti lendes deducit iniquas. Serenus
In Ans.
Quadrans quadrantis glans glandis reddere debet
Omnis generis nomē pro ablatiuo.
Omne genus nomen retinens dabit.i.uel.e.ſexto.
Hic hæc hoc audax currens & amans maniſeſtant.
In Ens
Nempe tridens flectit ſextumq; tridente tridenti.
Fuſcina neptuni generum nam ſæpe ualebit.
Eſſe trium telo quoniam dixere tridenti.
In yns.
Hæc tiryns tirynthos habet tirynthis & huius
In Ons.
Frons frontis capiti.frons frondis at arboris eſto.
Frons aliqui pro fronde negant certe reperitur
Frons ait ipſe uetus uarro dum ruſtica tractat.
Protulit & uates dum frons tenera ipſe ſecundo in.g.
Nempe ſerenus ait cum baccho perſica frondis
In Vns.
Aruns aruntis proprium uariare docemus
In ars.
Ars artis pars partis agit mars martis & huius
In Ers
Flectit inertis iners generi quod iungitur omni
In Ors.
Hic hæc hoc concors concordis poſcere debet
Hic hæc concordis tamen hoc concorde uetuſti
Sic & diſcordis uariarunt ſæpe latini.
In Vrs.
Hic hæc hoc Tyburs tyburtis finiet apte
In Vls
Puls pultis uariat.
In bs.ms.ps.
Bs.ſiue ms.ps.quoq; dant genitiuum
I ſi interponas.urbs urbis hyems hyemis dic.
Sic & inops inopis.tamen hæc ſi contineant e
Ante bs ps ſi non monoſyllaba.uertunt
E per i ſic princeps dat principis in genitiuo
Cælibis & cælebs.Capitis compoſta mouebunt
S & tis iungent prius e per i uertere debent

Anceps ancipitis præceps hinc præcipitis dat
Auceps præterea dabit aucupis e uariando
In Abs.
Hic dat arabs arabis trabs hæc trabis e uariabit.
Ennius ipſe trabes in recto protulit olim
In Ebs.
Plæbs hæc dat plæbis plæbes hæc rite bei dat
Statius in quinto dixit fremit impia plæbes
Cælibis at cælebs hic hæc uariare monemus.
In ybs.
Eſto chalybs chalybis ferrum. pópuli chalybes ſunt:
In Obs.
Scobs ſcobis hæc poſcit. ſcrobs hic hæc dat ſcrobis apte
In Vrbs.
Vrbs urbis uariat. reliquis tu caſibus adde.
In Aps.
Daps dapis hæc generat
In Eps.
Incerti generis dat Adeps adípis genitiuo:
Varro adipes illa dixit dum ruſtica tractat.
Auceps præterea dabit aucupis e. uariando
In yps. in irps.
Cinypis hic cinyps eſt & fluuius garamantum
Stirps ſtirpis nomen romanum dicitur eſſe
Vt trabs ſiue trabes. plæbs plæbes. ſtirps quoq; ſtirpes
Dicimus æneidos primo tibi ſeruius auctor.
In Ops.
Atq; pelops pelopis hydrops hydropis habeto
In Et. it. ot.
Vrbs eſt italiæ hoc nepet: quod non uariatur.
Hoc git git retinens minime tu flectere debes
Sunt omnis generis tot quot: pluraliter uſq;
In Vt.
Ferre caput capitis uolet occiput occipitiſq;
Sincipitis profert hoc ſinciput in genitiuo
In Ax.
Fax facis. atq; facum pluraliter edere debet
Formar abax abacis plerunq; abacus reperitur.
Pharnacis hic pharnax proprium uult. nanq; ſecundo
Lucanus dixit. nec pharnacis arma relinquas
In. x. pro ablatiuo.

Si tenet.x.nomen ſextum uariat per e nobis
A face fax.pellex a pellice.nix niue monſtrant.
Tu tamen excipias uerbalia trix retinendo.
Adiectiua ſimul quoniam dant i uel e ſexto.
Hinc a uictrici uictriceq; dicito uictrix.
Hic hæc hoc atrox atroci fert & atroce.
Sic etiam le que li debet formare ſupellex

In Ex.

Grex gregis.inde gregum plurali iungere debet
Ilicis hæc ilex rex regis lex quoq; legis.
Fert ſenis.hicq; ſenex.exlex exlegis habebit.

In ix.

Piſtrix hæc piſcis.piſtricis dat genitiuo
Hæc piſtris nauis dat piſtris.ſeruius auctor
Fert decimo uates in piſtrin deſinit aluus.
Piſtris adeſt balbum ſcito proferre ſecundo.
Hinc poterit piſtrix uel piſtris bælua dici.

In yx.

Styx ſtygis atq; ſtygos uariat.gi tertius effert
Hanc ſtyga ſiue ſtygem.ſtix o ſtige ſextus habeto

In Ox.

Nox noctis.dat ium pluraliter in genitiuo.
Vox uocis.uocum plurali iungere debet.

In Vx.

Nux nucis atq; nucum.dux dat ducis adde ducumq;
Faux faucis dat ium.pollux pollucis & effert.

In Alx.

Falx falcis generat plurali tradit iumq;.
Pro pede Calx clacis dat ium pluraliter apte.

In Anx.

Lanx lancis per ium plurales dat genitiuos

In ynx. Inx.

Lynx lincos lincis.lincum uariare notamus.
Sphinx ſphingos ſphingis.ſphingū genitiuus habebit

In Vnx.

Quincunx quincuncis.Sexcunx ſexcuncis habeto
Coniugis at coniunx.plurale tamen facit in gum

In Arx.

Arx arcis formans:per ium plurale tenebit.

Quarta declinatio. Tit.iiii.

Quarta genus ſumit primũ muliebre ue neutrum
Terminat us quartam uel & u flectẽdo latine
Quæ dant us quartæ. ſũt maſcula fœmineiq;
Denotat hic cultus. domus oſtendit acuſq;.
Dans u dic neutrum. ueluti cornuq; genuq;.

In V

Rectus in us quartæ. dabit us longum genitiuo.
Poſcit ui ternus. quartus dabit um. uocitanſq;
Eſt ſimilis recto. ſextus tamen u retinebit.
Vs recto plurale dabit quarto quoq; quinto.
Fert gtũs num dat ibus ternus quoq; ſextus
Sicq; manus manibus fructus uel fructibus edit.
Quæ tamen u ſeruant licet hic aperire latinis.
Artubus hic artus uariat. non artibus autem.
Ars artis quoniam facit artibus. euariando.
Arcubus arcus item flectit. quando arcibus effert
Arx arcis. partus dat partubus. haud tibus autem
Pars partis quoniam plurali partibus addit.
Artus & arcus ubus diſcrimine dant quoq; partus
Præterea lacubus lacus hic tribubus tribus hæc dat.
Ficubus hæc ficus. portus quoq; portubus inquit
Hæc acus his acubus. quercus his quercubus affer
Hic aut hæc ſpecubus ſpecus edere debet ubiq;
Queſtubus hic queſtus flectit ſignando querelam
Teſtis enim ualla eſt. pro lucro quæſtibus inſit
Sumit i pro lucro. tenet u pro nempe querela.
Euentus ueluti uiſus uaribitur uſq;.
Hoc tamen euentum plurali euenta reflectit.
Partibus in cicero nam euenti cauſa notauit.
Euentum dici poterit quodcunq; erit actum. Lucre. I.
Ab iuſſu legi. & permiſſu. non tamen ultra.
Syllius in ſexto nono & iuſſo tamen inquit.
Pelignus quarto iuſſi quoq; protulit huius
Inde hæc iuſſa fluunt
Caſibus in cunctis. quarto tamen um dat Ieſus. g.
Centimanus proprio genitiuo centimanus dat.

Ficus

Hic ficus ficus uitium quartæ eſtque marini.
Hæc ficus ficus pomum. ci & cus erit arbor.
Grammaticus ſexto prudens ſic colliget omnis.
Valla tamen primo uitium uult eſſe ſecundæ.

Pro arbore uel fructu dat quartæ datq; ſecundæ
Hic ficus fici pro fructu Plinius inquit
Hæc ficus fici ſed pro arbore ponitur uſq;
Hæc ficus ficus pro fructu arbore dicunt
Hic ficus ficus uel fici igitur uitium di
Hic ficus fici fructum ſolummodo dicas
Hæc ficus ficus fici & pomum ſit & arbor

In V.

Rectus in u quartæ nunq̃ uariabitur ulli.
Poſt u. tres caſus pluralis ſumere dic a.
Cornua demonſtrant. genitiuus uum retinebit
Tertius aut ſextus dant cornibus u per i uerſo.

Quinta declinatio. Titu. v.

Quinta genus triplex fert maſculeũ muliebre
Incertum iungas. ſunt meridies acies ue
Hic aut hæcq; dies exempla per omnia cuncta
Nomen in es longum quintæ finire docemus.

De genitiuo & uocatiuo.

Conſona præcedens es quintæ. ſumito plæbes
Tradit e correptam genitiuo ſiue datiuo.
Nanq; dei format fideiq; fides generabit.
At ſi præcedet uocalis. longa manebit.
Oſtendit facies faciei. ſiue diei.
In quinta ueteres recto ſimilem genitiuum
Ars ſicut Diomedis ait uariare ſolebant.
Hæc acies huius acies tibi teſtis adeſto.
Grammaticus uero genitiuum ſiue datiuum
Flexerunt ueteres dixit ueluti quoq; ſextum.
Indicat hæc acies. huiuſq; acie. huic acieq;.
Pro fideiq; fide peligni tertius inquit.
Prima fide uociſq; rate tentamina ſumpſit
Vtq; fide pignus ſexto quoq; protulit idem. in met.

De Accuſatiuo. Vocatiuo. Ablatiuo.

Quartus in em finit. Quintus recto ſimulatur.
Ablatiuus in e producto finiet uſq;.

De plurali quintæ.

Sunt ſimiles recto primæuo tres bene caſus.
Aſt ablatiuo i um iungere uult genitiuus
Tertius aut ſextus pluralis finiet ebus.
Quintæ plurales fugiunt tres nomina caſus

Tris tantum poſcunt rectum quartum uocitantem
Iſta tamen retinent caſus pluraliter omnes
Hæc res atq; dies facies uel iungere debes
Nanq; cato facierum inquit. te ſumma docebit
Aeneidos quinto interpres profert aciebus.
Vtitur ille idem ſpeciebus nempe ſecundo. g.
Latius in ſumma flectendi perlege lector

## Patronimicorum formatio ti. vi.

EST patronimicū formant quod noīa patrum
Duntaxat græcis.
Dant patronimicum per abuſus noīa auorum.
Et matrum fratrum regionum condiq; torum
Et regum ac urbis de quolibet accipe teſtem
Eſt athlantiades ab auo cyllenius ipſe
Romulus iliades a matris nomine fertur.
Sunt phætontiades phætontis nempe ſorores.
Troia creat troas fert hæmonia hæmonis apte
Ciuis athenarum theſides cecropideſq;
Argolis urbs argos format cholchi quoq; colchis.

## In des patronimica.

Des patronimicum retinens dic eſſe marinum
Sicut priamides pelides Neſtorides ue
Rectus in as græcus ſed in ae faciens genitiuū.
Fert patronimicum per ades pelias peliæ ſic
Peliades profert æneas æneadeſq;
Aenides contra normam maro protulit olim. Pr.
Seruius in nono fert æneus illud habere
Rectus in es græcus ſi forte dat ae genitiuo
Sumit ades uel ides potius ſed ades reperitur
Inde butes butades cornetes nempetides uult
Nec patronimicum genitiuos primiq; tiui
Vincere deberet lector niſi ſyllaba in una
Aſt anchiſiades anchiſes pro anchiſades fert
Laertes etiam laertiades generabit.
Et genitiuus habens aut i uel & is uariando
Finit ides. priamus priami ſic priamideſq; fert
Neſtorides neſtor dans neſtoris edere debet

Peleus pelides theſides dat tibi theſeus.
Longum ſed enim pro ei ponimus ut docuerunt P.
Quod dat.i.uertit per a tunc i ſuſcipit & des.
Inde menetiades uult ferre menetius apte.
Inuenies autem quandoq; Elementa poetas
Addere & eximere.& ſic peliades reperitur
His pro pelides.hi deucalides quoq; dicunt.

In As.in is in ne.patronimica.

Fœmineum certe uel in as uel in is reperitur
Aut ne.ut Nerine.uel.pelias æolis atq;
Fœmineum recte fit de mare de remouendo:
Aeolides monſtrat dans æolis.æneadeſq;
Aeneas formans.licet æneis maro dicat.
I longum retinens prædes ſemper muliebre
Fert eis uel eis.theſides theſeis atq;
Theſeis monſtrat.nerides nereis adde.
Nereis ingræditur fert undecimo tibi naſo.
Et tibi ob inuidiam nereides increpitarent.Pro.ii.

In ne patronimica.

I longum retinent in ne certe ante ſupremum.
Si uocale tamen non ſumit i primiq; tiuum.
Inde adraſtine adraſtus Nereus quoq; recte
Nerine format.Si ſumit i primiq; tiuum
O longum præ ne reperitur.iam bene pandit.
Acriſius.quoniam bene dicitur Acriſione.
Hinc poſſeſſiuum Arciſioneus Maro profert
Acriſoneis Danæ fundaſſe colonis.
Grammaticus meminit.Tamen inquit Seruius illic.
Arciſioneis danæ patronimicon eſſe

## Patronimicorum declinatio. Tit.vii.

Flectuntur primæ ceu patronimica nomen
Que dant es recto.ſed maſcula ſemp habentur

In des patronomica.

Tyndarides rectus.fit tyndaridæ genitiuus.
Sicq; datiuus erit.quartus den quippe tenebit.
Deq; uocatiuus uel ſextus ſummere debent.
Hi dic Tyndaridæ genitiuo:tydaridarum
Tyndaridum q; ſimul.dic tyndaridiſque datiuo.
Tyndaridas quarto,ſed quinti tyndaridæ ſunt

Tyndaridis ſexto. Pelides Neſtorides ſic
Teſte quidem: phoca dant patronimica ſemper
N quarto potius: demonſtrat ſcipiades id.
Scipiden faciens. ſed flaccus ſcipiadam fert
E quinto & ſexto patronimicon accipit in des
Atrida hic ualuit uariare Propertius olim
Non ita dardanio gauiſus atrida triumpho

In as patronimica.

Pelias hæc format genitiuum peliadis dos
Fert huic peliadi. ſed peliadem da ue quartus
Pelia uult quintus peliade ſextus habebit.
Peliades rectus genitiuus peliadum fert
Tertius aut ſextus retinentibus. addite quarto
Peliades noſtro. græcus peliadas effert.
O dic peliades uel in as ita flectit o cuncta

In is patronimica.

Tyndaris in recto. genitiuo tyndaridis dos.
Dic huic tyndaridi: uult quartus tyndaridem da.
Tyndari clamato. ſextus ride ſumere debet
Hæc dic tyndarides. genitiuo tyndaridum dic.
His ridibus uaria: quartus das des retinebit
O uult tyndarides. ridibus tamen ultimus effert.

In. E. græca. Ti. viii.

EDas productum muliebre genus ſibi quærit
Vt libye euterpe nerine. græcula cuncta.
At libye libyes græcorum more reflectit.
Huic libye quarto libyen libye. libye poſt
Penelope ſic & nerine ſic quoq; plura.
Moreq; romano lybya hæc libye uariamus

Octo nomina ſecundum modum
pronominum imitantia. Ti. ix.

VNus & unius. totus totius & ullus
Vllius generat nullus nullius & alter
Alterius ſolus ſolius dat genitiuo
Fert uter utrius alius generabit alius
Vnus uel ſolus totus quoq; dant uocitantem
Neuter neutra quidem neutrum neutrius habet
Vel neutri neutræ neutri bene flectere poſſum
Flexerunt ueteres octo iam nomina dicta
Doctus docta uelut doctum uariare ſolemus.

Dicimus ipſius ueteres ipſi uariarunt?
Sic illi ac iſti, nunc ius cuncta tenebunt

Carentia uocatiuis ti. x.

QVinto nempe caret ꝙ partiet atꝗ negabit
Diſtribuit ue refert nomen ue interrogat omne
Infinita ſimul. monſtrat tibi nullus & alter.
Ac alius qualis quis quantus quilibet ullus
Alteruter talis uel tantus uter uel uterꝗ
Sic etiam bini & terni quini quoꝗ deni. Pr.

Compoſita e duobus rectis Ti. xi.

SI componuntur duo recti ambo uariantur
Hinc quintuſfabius quinti fabii generabit
Alteruter debet rectum uariare ſupremum.
Sic & boluſatum roſmarinum uarientur.
Roriſmarini nam roſmarinus habebit.
Latius in ſumma flectendi cuncta probantur
Tullius atꝗ Cato ueteres alii quoꝗ plures.
Hinc inde alteruter uoluerunt flectere quondam.

Compoſita ex recto & obliquo ti. xii.

OBliquus recto coniunctus non uariatur.
Idꝗ paterpatriæ patriſpatriæ: bene pandit.
Sic plæbiſcitum plæbiſciti uariabit.

Compoſita e duobus genitiuis ti. xiii.

BIni compoſiti genitiui non uariantur.
Iſtius illa modi cuiuſmodi pandere poſſunt.

Carentia caſu & numero Tit. xiiii.

HAec aliquos renuunt caſus numerũ uel utrũꝗ
Fors a forte dabit. mactus macte hi quoꝗ macti
Hũc laterẽ latere ac lateres lateres teribuſꝗ
Sponte petit ſextum. ſpontis fert uarro ſecundo.
Spontis item celſus. primo in titulo quoꝗ dixit
Sæpius inuenies ditionis uel ditioni.
Accuſatiuo ditionem cum ditione
Flamine plurali dat flamina flaminibuſꝗ
Huius erit tabi. tabo a tabo quoꝗ tantum
Hæc tabes tabis recipit tabem quoꝗ tabe
Lentæ inquit tabis poſt ſextum liuius auctor

Eſt rectiſatias ſaties uel.cætera deſunt.
Suppetiæ tantum uel ſuppetias reperimus.
Inficias ſolum.de quo laurentius ample
Nempe lues ue luem dicemus cum lue tantum
Hic aſtus ue aſtus aſtu & pluraliter aſtus.
Aleo uult rectum quintum quoq; ganeo iungas
Sed ganeonem Cicero ꝓ ſextio inquit.
Hoc & tantundem genitiuo tantidem effert.
Accuſatiuo tantundem dicito.Natu.
Verberis atq; beri ſolumq; a uerbere dicas:
Verbera plurali declinet tertius ordo.
Ab iuſſu legi & permiſſu.non tamen u'tra.
Hoc plus pluris habens hoc plus tantum retinebit.
Aſt adiectiuum plurali dicimus eſſe.
Nam plures & plura tenet uel pluria quondam.
Huius opis dat opem.uel ab hac ope.nō tamen ultra:
Plurali cunctis id caſibus omnibus hæret:
Dic uicis in patrio.quartoq; uicem uice ſexto:
Pluralis genitiuus abeſt reliqui tamen inſunt.
Hæc uis uis huius quarto uim.ui quoq; ſexto:
Plurali cunctos debes tu iungere caſus.
Vires plurali tradit nunc.uis tamen olim.
Has uis hinc dixit Lucretius ipſe ſecundo.
Viſcere duntaxat ſic obiice iungito ſexto.
At totum plurale Petunt.Phoc.
Dixerunt uiſcus Lucilius atq; Serenus.
Tranquiluſq; etiam Viteli geſta renarrans.
Vtitur & Celſus ſepiſſime.tu quoq; dicas
Tu precis atq; preci prece ſolum flectere debes.
Quarta precem Plauti comœdia protulit olim.
Huic frugi.hanc frugem fruge & plurale tenebunt.
Hæc frux & fruges recto tribuere uetuſti.

Os mare.far.mulſum.uinū.melius quoq; morū
Aes.defructumq;.forum.rus.tus.ſimul hordea iunge.
Plurali recto quarto quinto quoq; tantum.
Oribus.ac maribus.uinis moris reperitur.
Aeribus.ac ærum.
Vergilius profert octauo atq; oribus ora.
In decimo dixit quinquaginta oribus ignem.
Oribus & profert Tulli natura deorum.
Plinius in terno dixit quoq; iuribus olim.

Quæ carent plurali uel ſingulari.
Tit.xv.

PLuralem ſugiunt hominum uel noīa diuum.
Montis ſyluarum fluuiorum ſiue locorum
Vrbis item quandoq; tamen pluraliter uſus
Declinat ſolum.ſundi docet atq; Velitræ.
Inuenies etiam fabios marioſq; catones.

Maſculina ſingularia. Tit.xvi.

ILla quidem numeri primeui & maſcula ſunto.
Sanguis.ſal.pontus mundus.puluis.fimus aer.
Et penus & ueſper genuinus carcer & æther
Muſcus.ſol.fumus limus ueneris quoq; ceſtus
Legimns at mundos ſalibus fumos quoq; fumis.
Pulueres ac ſoles uel ſolibus ipſe relegi.
Tum natura deum.ciceronis fert genuini

Fœminina ſingularia. Tit.xvii.

SVnt hæc fœminei numero flectenda priori
Gloria.fama ſalus ſapientia cum lue.tabes.
Tum ſitis & proles amentia pax humus atq;
Pernicies ue penus contagio ueſpera gaza
Pix ſanieſq; fames rabies eloquentia arena.
Mors caries ue fides lux uitaq; uel fuga tellus
Sic quoq; paupertas ſoboles dementia culpa.
Adde ſenecta ſimul ue ſenectus adde iuuentus.
Sic & auaritiam uecordia ſiue iuuenta
Sic etiam labes inſania ſic quoq; plura
Lucibus & luces uitas paces reperitur
Sic & amicitias labes gazas & arenas
Flaccus ait paces plautus quoq; pacibus inquit impar.
Inuenies etiam relegendo plurima lector

Neutra ſingularia Ti.xviii.

Neutra nefas ſenſum uirus ador atq; macellum.
Pus ue ſolum letum fœnum nil iungito cœnum.
Fas uulgus pelagus ue gelu uer.mānaq; Paſcha
Iunge crocum uiſcum mane æuum iungito lac. hir.
Halec.iuſtitium barathrum ſimul addere debes
Tum nihilum ue piper triticum ue penum loliumq;.
Adde ſalum uitrumq; nihil ueſperq; neceſſe.
Hinc milium plumbum ferrum ſimul atq; oricalchum
Sic cicer ac oleum ſtagnumq; lutumq; notabis
His aurum argentum uel acetum iungere debes.

Inueni loliis. æuis ſola. iunge macellis.
Arida uel liquida ad menſuram quæ referuntur
Aut pondus minime numero flectuntur utroq;
Id triticum monſtrat fœnum cicer. ac oleum mel.
Multa tamen ueteres ex his pluraliter edunt
Hordea farra uelut mella & frumentaq; uina
Defruta mulſa fabis muſtis uinis quoq; lentes

Maſculina pluralia Tit. xix

PRimores Proceres cani. liberiq; penates
Maiores lemures ſuperiue fori quoq; manes
Primates ue ſales faſces antes codicilli.
Carceres & caſſes piſces uepreſq; quirites
Inde pugillares faſti. mores lucereſq;.
Cancelli atq; lares facienſes inferi & adde.
Sunt etiam locri gabii ueii quoq; ſentes
Natales loculi uel amores addito ludi
Circenſes gemini geniales. atq; minores
Poſteri & annales optimates numerentur
Inuenies procerem ue quiriti ſiue quiritem
Inde pugillarem ſed pugillaria quondam
Nempe catullus ait. Naſo quoq; uepre notauit.

Fœminina Pluralia Ti. xx.

PLurali numero muliebria iuncta canemus
Indutiæ feriæ lactes nonæ ue calendæ.
Aut idus thermæ paleæ ſeu nundinæ diræ.
Primitiæ excubiæ exuuiæ uel litteræ tricæ
Inde plagæ ſordes adduntur ſuppetiæ ue.
Gratiæ quando deæ dicuntur iungito crates
Aedis ſit templum templa atq; domus tamen ædes.
Inferiæ exequiæ inficias canteſq; minæue.
Quiſquiliæs ambages & opes nugæ quoq; cunæ.
Blanditiæ phaleræ inſidiæ latebræ ſimul inſunt.
Nuptiæ & illecebræ ſchalæ nareſq; genæq;
Hinc inimicitiæ tenebræ ſcopæ ue notentur
Antiæ quadrigæ antennæ grates quoq; ualuæ
Reliquiæ ue fores clitellæ ſiue latinæ.
Manubiæ bigæq; facetiæ delitiæq;.
Hinc Cerimoniæ decretales quoq; trigæ
Hæc lactis paleam reperitur & inde latebra
Blanditia ambagæ & diræ huius gratia biga.
Huius quadrigæ Cerimonia delitiaq;.

Hinc inimicitiam foris atq; forem fore legi.
Illecebramq; genæ in patrio:Naris quoq; nare
Ars uult quæ conſtant ex pluribus eſſe latinis
Pluralis ſolum uates tamen & ſecus aiunt. S
Cancelli id paleæ bigæ ſcopæ quoq; monſtrant

Neutra pluralia Tit.xxi.

HAec numero ſoli plurali neutra tulerunt
Ilia luſtra ſimul præcordia mœnia caſtra.
Roſtra quidem Tempe cunabula ſeria liba
Arma iuga aut ſpolia & ſic exta mapalia ſerta
Adde Inteſtina & ſponſalia milia teſqua.
Spectacula effata atq; cibaria claſſica pondo.
Bactra cithera ſimul Carcheſia tenthyra flabra
Inde parentalia & ſolēnia iungimus iiſdem
Lumina uel lachana & magalia cōnumerentur
Orgia iuſta ſimul coniunge ceraunia dictis.
Oſtrea tripudia & palearia paſcua iunge
Nomina feſtorum quod bacchanalia monſtrant
His quoq; iungentur gæorgica bucholicaue
Tu plura inuenies iſtis relegendo latinos
Sæpe iugum & ſpolium libum quoq; legimus ipſi
Lumen item pro oculis lachani fert ille catinum.hor.

Maſculina in ſingulari in plu-
rali neutra Tit.xxii.

HAec primo in nūero ſunt maſcula neutra ſecūdo
Dindymus infernus uel tartarus iſmarus atq;
Mænalus addatur uel tænarus adde & auernus
Maſſicus appones ſeu gargarus adiiciemus
Pileus his etiam iungatur carbaſus ipſe
Supparus hinc tribuit plurali ſuppararicq;
Sibilus hic profert hæc ſibila ſiq; latinis
Baltea ſiue tei plurali balteus inquit
Nempe iocus ioca ſiue ioci retinere notatur
Sicq; locus loca ſiue loci uariare ualebit

Fœminina in ſingulari in
plurali neutra Tit.xxiii.

PEctilia in numero plurali quære ſupellex
Intybus.hic phocas.Diomedes hic docet ipſe.
Intibus inflectit pluralia nempe marina.
Intybum & hoc debet pluraliter intyba ferre

Plinius hoc pacto uariat.
Arbutus arbor erit pluraleq; tos retinebit
Arbutum erit pomum pluraliter arbuta flectens.

Neutra in ſingulari in plurali
maſculina & neutra Ti.xxiiii.

HOc porrum hi porri porra hæc pluraliter edit
Sic frænum & filũ uariant raſtrũq; forumq;.
Hoc cælum hi cæli Sic argos ſuſcipit argi

Neutra in ſingulari in plurali fœminina Ti.xxv.

HOc Epulum neutrale tenens epulas uariabit
Sic quoq; delitium pluraliter edere debet
Balq; neum nea ſiue neæ poterit uariare

Diuerſi recti in eodem genere Ti.xxvi.

EIuſdem generis rectus diuerſus habetur.
Hic arar hic araris ſimul hoc iter hoc itinerq;
Hic titan titanus item gongrus quoq; gonger
Delphinus delphin delphis ſimul euariatur
Hic arabus uel arabs abacus uel abax reperitur
Proſperus aut proſper ue nouember ſiue nouembris
Ethiops æthiopus Teucer teucrus bene fertur
Euander Tymber ſimul euandrus quoq; Tymbrus
Hæc apis hæc & apes plæbs plæbes dicit uir apte
Heros atq; heron minos minonq; tulerunt.
Tum ligus atq; ligur uel achilleus hic & achilles
Gobios hic aiunt uel gobio ſic Elephas hic
Hic elephantus habet. Sors hæc uel ſortis habeto
Nempe trabes quondam modo trabs uariatur ubiq;
Dicimus hæc lampas plautus dat lampada recto
Mugilis aut mugil phorcyn phorcys quoq; phorcus
Hic cucumer cucumis ue ſeres adipes uel adepſq;
Hic cinis atq; ciner puluis quoq; puluer habebit
Vomis & hic uomer tybris aut tyberis reperitur
Hæc caſſis legitur uel caſſida quod maro dixit.
Hic labor atq; labos. lepor hic ue lepos quoq; legi
Hic honor aut hic honos. arbos hæc arbor habeto
Hic odor hic & odos uapor atq; uapos reperimus
Clamor & hic clamos fabius docet omnia primo
Eius amos retinet plauti comœdia quinta
Dicimus hic torris torrus tamen ennius inquit
Hic tapes hocque tapete ſimul dixere tapetum.

Duplicis nomina declinationis Tit.xxvii.

ORdinus hæc ſunto tum quarti tumq; ſecundo
Hæc laurus quercus cornus ficus domus atq;
Arquus cæleſtis colus hæc uel iungito pinus.
Hic animal cancer cancri eſt cæleſteq; ſignum
Canceris hoc cancer morbum tamen eſſe notarunt.
A celſo morbus cancer cancri quoq; fertur
Inſomnis ſolum uelut ex ſomnis reperitur.
Semiſomnus enim uel ſemiſomnis habetur.
Acer & infirmus uel inermus dic hilaruſq;
Acris & infirmis uel inermis dic hilariſue.
Dic biiugus biiugis ſic quadriiugus uariatur.
Infrenuſq; etiam ſic exanimus uel inermus.
Vnanimuſq; ſimul.

A Quis & Qui deducta Tit.xxviii.

POſt qs namque piã ſine qui coniunge putas q̃
Sine alius numqs ſimul en præponere debes
Dã.uis cũq; libet ſine quis qui continet apte.
Quiſquis uel quicquid recti eſt quarti quoq; quicquid
A quoque retinet uel quaqua nempe ſupremus
In plauto mulier fert ciſtellaria quiſquis

Compoſita pronomina. Tit.xxix.

IDem eadẽ uel idẽ certe is demũ quoq; formant
Fert ego met recte cunctis in caſibus unus
Pluralis numeri ceu noſtrum ſumere uitat.
Met datur obliquis tu cunctis attamen omnis
Pluralis capiunt caſus præter genitiuum
Non dixere tumet uerbum quia poſſet haberi
Tu temet in recto tantummodo tute ue fertur.
Tu ſuimet ſibimet ſemet quoq; ſæpe uidebis.
Sunt tete meme ſeſe quarti quoq; ſexti
In ſexto pte breuem capiunt pronomina quinq;
Poſſeſſiua quidem non rapte meapte tuapte
Aq; ſuapte ſimul ue ſtrapte ue pandere poſſunt.
Hircius ac Cicero dixerunt ſæpe ſuopte.
Ingenio plauti comœdia quarta tuopte
In decimaquarta legi dixiſſe meopte.
Caſibus antiqui ce dederunt omnibus olim
Hic hæc hoc quare dixerunt hicce uel hecce.
Hocce ſimul reliqui ſolum iunxere minores

Obliquis illis S quorum finis habetur.
Hinc huiuſce tenet genitiuus tertius hiſce.
Hiſce etiam recto plurali. Comicus infit. in capt.
Hoſce uel haſce tenet quartus ſextus capit hiſce
Nobiſcum dices tecum mecum quoq; ſecum
Cum nobis cum tecum mecum ſe tamen olim

Finit carmen declinationis.

Carmen de generibus per Ant.
Mancinellum libro ſecundo

PRopria cuncta uirum ſunt maſcula ſiue deorũ.
Feminei generis mulierum nomina ſunto
Omne quidẽ menſis nomen dic eſſe marinum

Auium nomina

Sunt auium ſemper promiſcua nomina lector.
Gallus gallinam retinens dic eſſe marini.
Sicq; columbus erit legitur nam ſæpe columba.
Iunge mari phœnix lucani ſextus habebit.
Aut cinis eoa poſiti phœnicis in ara.
Bubo tamen cõmune genus retinere memento
Grus etiam cõmune dabit communeq; turtur.
Alcyon hic hæc dat dicunt alcedo latini. Var.
Oeſtrus apum ſpecies generi concede marino. Pl.

Flumina.

Flumina maſculeum repetunt rhenus bene pandit:
Aut flumen rhenum Horatius inquit in arte.
Octauo tribuit Strabo Caucon ſed muliebri.
Alia fœmineum peligni primus in arte.
Protulit enarrans ſanguinolenta fuit
Et damnata diu romanis allia feſtis. Luc. vii.
Clauiger: & tanto eſt albula porta deo. in faſt.
Plemmyrium neutrale genus dic poſcere ſemper.
Gruſtumium neutro tribuis lucane ſecundo
In titulo primo terdeni plinius inquit.
Flatum archadiæ flumen ſteriles facit atq;.
Flumen Aphrodyſium pyrrheæ.
Quippe iugurthino neutrum Muthul ipſe relegi
Lethe orci fluuius retinet genus hæc muliebre

Arborum nomina.

Arboris omne ferunt nomen muliebre latinum.
Hoc robor ſuper fert plinius hic oleaſter.
Hic rubus eſto frutex cytiſus dumus quoq; uepres

Manditur apta rubus gingiuis fertq; ſerenus
Hæc tuber eſt arbor tuberes hinc plinius inquit
Proq; ſuis ponis tuberes quoq; legimus ipſi. in mar.
Arboris hoc tuber uicium fungus ſimul eſto
Molle ſiler fruticem uult plinius eſſe. maro fert.
Pruni arbor ſpinus maris eſt ut Seruius inquit.
Hæc hebenus ſimul hoc hebenum dixere poete.
Eſt bdelium neutri neutri quoq; balſama cernes

Numeralia.

Omnia diſcamus quæ ſunt Numeralia ab uno.
Ad tres flectuntur monſtrant unus duo treſq;
Quattuor ad centum pluralia ſunt generiſq;.
Omnis nec uariant a centum compoſitiua
Sic etiam fiunt tercentum comprobat illud
Aſt ad nongentos pluraliter atq; ducentis
Flectuntur ueluti docti doctæ quoq; docta
Hoc centenarium dic ordinis eſſe ſecundi.
Hoc de mille quidem plurali milia iungit.
Mille etiam ſumet pluraliter omne genuſq;

In a.

Nomen a dans retinet primũ genus atq; ſecundũ
Cõmune & neutrum muliebria dicimus illa
Cartha catapultam cataractaue margaritaq;
Officii nomen quod a terminat eſtq; uirorum.
Duntaxat generi ſemper coniunge marino
Quod tibi demonſtrat ſcriba hic collegaue lixa
Additur his nauta & popa ſcura ſophiſta poeta.
Perſuga iungatur uel tranſfuga ſiue laniſta
Iunge planeta ſimul ſcytha uel cithareſta cometa
Pincerna aſſecla.
Compoſita a uerbis uel deriuatiua repoſcunt
Pol commune genus recte conuiua docebit.
Parricida ſimul ſic aduena graiungenaq;
Cælicola agricola & ſic plurima dardanidaq;
Sic homicida feras auriga pediſſequa uerna.
Fabius æmilius tum uarro pediſſequus aiunt
Cætera ſi propria aut appellatiua manebunt
Fœmineo tradas ut curia muſa ue roma
Inuenies autem promiſcua nomina quædam.

Maſculei generis pandunt hic talpa quæ dama:
Quanuis hæc etiam muliebri iungier aiunt.
Nomen Adans neutrum romanum non reperitur.
A græcum ueluti problematoreuma pœma.
Mãmona uel mãna quæ hebræa hieronymus inquit.
Sunt elementorum pol nomina cuncta apud omnes.
Et neutri generis nec declinantur ut a.b.
Nonmina cuncta quidem pluralia quæ retinẽt a
Neutrali generi debent adiungier uſq;
Arma hæc armorum demonſtr ant ſeria caſtra.

In E.

Quod dat e correptum neutrale genus retinebit.
Id mare demonſtrat præſepeq; ſiue monile.
Aſt cete & tempe pluralia neutra monemus
Virgilius quinto profert immania cete.
Sæpius hic cætus dixit manilius olim
E dans productum muliebre genus ſibi quærit
Euterpe libye græcorum nomina pandunt

In i & y.

Nomen in i capiet neutrum genus illa docebunt.
Moly æpi & dory gummi coniũge ſinapi.
Protulit at plautus teritur ſcelerata ſinapis in pſeu.
Et columella refert fletum factura ſinapis
Qualis & eſt gummis terno in decimo tulit idem.
Sunt frugi & nihili nauci uel mancipi ut aiunt
Obliqui cunctis iunguntur caſibus apte.
Nempe figurate generi iunguntur & omni
Omne genus quærit compoſtum per genitiuos
Iſtius idq; modi cuiuſmodi pandere poſſunt

In eo & io

Si dat eo nomen generi concede marino
Aleo ſit teſtis labeo quoq; ganeo ſiue
Nomen io retinens lector iucunde latinum
Non uerbale quidem nec participale manendo
Maſculeo iungas ut ſtellio curculioue
Iſtrio centurio quibus unio talio ſiue.
In ſexto uallam cernes iunxiſſe libello
Si uerbale foret uel participale genus tunc
Fœmineum poſcit docet actio lectio ſiue
In go & do nomen ſi uertitur o per i forte
Eſt muliebre quidem cape uirgo hæc uirginis edens.

Carthago fuligo ſimul dulcedo cupido.
Eſt mulier uirgo.puer inueſtis quoq; uirgo
Marcellus docuit.quare hic hæc dicito uirgo
Maſculei generis dic eſſe cupido latine
Nomen amoris habens.iam normæ tollimus iſti
Ordinis hic ordo.uel cardinis hic quoq; cardo
Marginis hic margo.tamen hæc reperitur eidem
Cætera iam debent genus hic retinere marinum.
Buſo docet magno ligo tyro ſpadoq; mucro.
At caro fœmineo generi coniungere debes.
Dantur homo bubo communia nemo latroq;.
Pondo genus neutrale tenet.pluraleq; ſemper.
Ambo duoq; ſimul maris & neutri reperimus.
Præſto omni generi cum ſum coniungitur uſq;.

in V.

Poſtulat u neutrum.docet hoc cornuq; ueruq;.

in.C.

In c neutra duo reperimus lac ſimul halec.
Halec fœmineo generi quoq; iungier aiunt
Cui portant gaudens ancilla paropſide rubra.
Halecem.ſed quam protinus illa uorat.Mar.

in.D.

Si d quidem finit nomen.genus eſt ſibi neutrum.
Id quid demonſtrat.uel quod tibi.ſic aliudq;.

in.T.

In t neutra feras.caput hoc & ſinciput.atque
Occiput oſtendunt.git nepet quod notat urbem
Sunt omnis generis tot quot.uel compoſitiua

in.Al.

Quum tenet al nomen.debes tu iungere neutro.
Vectigal pandit ceruical ſiue tribunal.
Sal maris eſt generis.neutro & iunxere uetuſti

in El.

El breue dic neutri.fel melq; exempla teneto.
Dant ia productum tamen el.ſunt barbara cuncta
Maſculei ut gabriel ue raphael ſiue michael.
Balbus ait ſexto flagranti crine michael.

In il.

Iunge mari mugil pugil & tanaquil muliebri.
Mugilis hic etiam recto tribuit iuuenalis.
Cõmunis uigil eſt,neutrali do nihil & nil.

in Ol.

Ol dans eſt unum duntaxat.ſcilicet hic ſol.

in Vl.

Hic maris eſt conſul.comunis præſul & exul.
At phocas præſul generis docet eſſe marini.
Vrbs ſuthul atq; muthul flumen.neutralia ponis
Criſpæ iugurthinæ conditor hiſtoriæ.

in Am.

Vtroq; in numero nequam genus omne tenebit.

in Em.

Neutri eſt tantundem.totidem pluralis & omnis

in Im.

Cim uici nomen neutrali iungere debes

in Vm.

Si tenet um nomen neutrali iungito ſemper.
Vt templum regnum mulierum propria tolle

in An.

Quum græcum nomen dabit an retinere genus uult
Illud idem græcum.pan titan maſcula ſic ſunt

in En Breue.

En breue quæ retinent ſint a cano compoſitiua
Maſculeum quærũt cen tibicen tibicen ue
Altera cuncta tenent en quæ breue.dicito neutra
Vt numen ſtamen ſolamen iungito ſemen.
Excipitur flamen pecten quoq; nempe marina.

in En productum.

Nomina ſi capient En longum.ſintq; latina
Maſculeo trades.ut ſplenq; lienq; rien ren
Græca quidem Syren uel troezen fœminei ſunt
Hic at hymen damen uel ſeben maſcula dicunt

in In.

In dat hic.ut delphin uel phœcyn nomina græca
Vrbis & Eleuſin proprium muliebre tenebit

In On.

Vrbis in on proprium generi concede ſecundo.
Exemplum babylon ſydon quoq; ſumitur apte
Ilion at neutri per ium uariatur apud nos
Indicat Auſonius mihi barbiton hoc retinere
Dicens & cordas & plectra & barbita conde
Barbitos hæc etiam reperitur.Horatius hic fert
Sindon fœminei generis quoq; dicere debes
Hic helicon dæmon maris iniunt.ſic quoq; plura

Hic hæc phylhõ habet demõſtrat delphyca phytõ. T.
Pelignus primo . tumidum phytona reliquit
Quæ uero in græcis retinent on neutra uocabo
Si nobis on in um conuertere rite ualebunt
Indicat hoc pæſton. nam pæſtum nos uariamus.

In Ar.

Hic arar aut araris. nar lar quoq; iunge marino
Par tenet omne genus. ſic eius compſitiua
Omne aliud nomen romanum quod dabit ar. ſit
Iam neutri generis. laquear docet atq; lupanar

In Er.

Quod dat er & fuerit nomen fortaſſe ſecunde
Sit maris. auſter ager ſacer indicat. ac oleaſter
Sin terne fuerit. ber uer dans. ſit tibi neutrum
Ver docet & tuber iuberq; cadauer & huber
Hic imber tollas. ex ipſo compoſitumq;
Mulciber october ſeptember ſiue nouember.
Hic hæc puber habet. dans puberis in genitiuo. S.
Hic hæc impuber componitur inde decenter
Præterea fœtus terræ. ſi terna reflectit
Sunt neutri generis uelut hoc cicer atque papauer
Et ciſſer & laſſer. neutrum ſiler hoc quoq; ſumet
Hæc acer excipias aceris ſibi dans genitiuum
Hic etiam cucumer tolas. quia maſculeum fert
Hoc iter accipiet. ſpinter ſimul addito ueſper
Altera nempe maris generis dicenda monemus
Agger ut & paſſer frater pater aſſer equeſter
Carcer & hic addas. uel cancer ſiue paluſter
Hoc cancer ueteres de morbo canceris aiunt
Aſt mulier mater fœmellum quippe tenebunt
Hic linter græci. nos hæc uariare ſolemus
Pauper communis generis ſit paupera res eſt.
Plautus ait quondam. cõmunia ſunt ſimul huber
Degener ac acer celeberq; alacerq; ſaluber
Quãuis ſæpe alacris celebris uel acris ue ſalubris
Fœmineum faciant tamen inueniũtur. hic hæc ue
Er. uel is: in ſexto uates tibi monſtrat aperte.
Anchiſes alacris palens utraſq; tetendit quia recta
Hic uolucer uolucris dabit hæc. uolucre hoc.
Conſuetudo genus magis eſt er ferre marinum
Ac is fœmineum quorum neutralia dant e.

Hic celer hæc celeris.celere hoc exmpla teneto
Sic & equeſter erit ue pedeſter ſiue paluſter.
Campeſter.ſilueſter item quibus adde ſequeſter.
Fœmineum cuius phocas uult eſſe ſequeſtra.
Vndeno uates hinc dixit pace ſequeſtra.

In Ir.

Ir tent hic ut uir.leuir treuir uel abadir
Neutrali gadir iungit ſaluſtius ipſe
Hir pyr dic neutri.martyr comune reſeruat.

In Or.

Or cõmune genus retinet per comparatiua
Vt melior ue minor fœlicior.hic ſenior dat
Vt probus edocuit.quod ſergius aſſerit ample
Plinius undecimo ſed dixit apes ſeniores:
Cetera cuncta maris.uel uti doctorq; laborq;
Fœmineo generi iungas ſoror arbor & uxor.
Cor æquor marmor neutralia robor adorq;.
Hæc commune genus græcorum more tenebunt
Immemor atque memor.compoſta e corpore iungas
Aq; decore colore ſimul.uelut indecor hic hæc
Diſcolor addatur uel concolor atque tricorpor
Naſo in amore tñ uolat inquit diſcolor agmeñ
Littora de lino fert,uerſicoloria quidam Pl.
Grammaticus quinto memor hic hæc aſſerit eſſe:
Quippe trium generum phocas uult.legimus inde
Aeneidos quarto.iuſtumq; memorq; precatur.
Hic hæc hocq; memor docuit quoq; dicier ille
Poſt ſextum.plurale tamen neutrale negauit.
Auctor cõmune eſt ſi fertur ab auctoritate.
Hic auctor tandem deſcendit ab augeo quando
Hæc auctrix format uerbalia cuncta per or ſic
In trix fœmineum faciunt.hinc uictor habebit
Hæc uictrix cultor cultrix.tonſor quoq; tonſtrix

In Vr.

Appellatiuum uolucrum.gentileq; nomen
X retinens.uel t prius tu dic eſſe marina.
Vultur id oſtendit.pandit ſimul aſtur & anxur
Hic anxur marcus.ſed horatius hoc tamen inquit,
Iunge mali furfur.turtur commune tenebit.
Eſt cõmune ligur Verbalia nomina terne
Quando homini poſſunt imponi.tradito cuncta

Communi generi demonſtrat fur ſimul augus.
Maſculei ſatur eſt.uariat quod nempe ſcunda.
Altera cuncta quidem neutralia dicito.pandit
Hoc murmur ſulphur guttur tybur iecur atque

In As.

As latinum gentile tamen.cõmune notato
Arpinas fruſinas poſſunt id pandere cunctis
Cætera fœminei generis dic eſſe docebunt
Hæc pietas probitas.Generi concede marino
Mœcenas lenas.hominum quia propria fiunt
Iſta marina ferunt boreas abbaſque gigaſque.
Vas uadis.mas.as ſimul.his adiunge tyaras.
Neutra tamen dicunt uas uaſis faſque nefaſque.
Omne genus nugas indecilinabile poſcit.
Hic hæc arcas habet nomen gentile pelaſgum
Græca genus proprium nobis plerunque reſeruant

In Es correptum.

Es dans correptum.maris & ſi fœmineique
Ac adiectiuum neutri poterit tamen eſſe.
Vult commune genus.Comes id Mileſque tereſque
Ac hebes & præpes demonſtrant.adde ſuperſtes
Inquies & diues ſoſpes iungantur.& hoſpes
Antiſtes.quamuis antiſtita ſoſpita poſſis
Hoſpita fœmineum lector iam tu reperire
Grammaticus quinto cõmunia protulit eſſe
Hoſpes hebeſque teres ſoſpes quoque.ſeptimus eius
Hæc eadem triplici generi coniuncta docebit.
Aſt ablatiuum dant hoſpite ſoſpite tantum.
Es cõmune tenens neutro coniungier aiunt.
Virgilius.Tereti mos eſt aptare flagello.
Depoſitum tibi ſoſpes erit dixit iuuenalis.
Marmore diues opus liber inquit primus in arte
Diues nature regnum quarto quoque caſu
Maximus introitu uoluit proferre ſecundi.
Neutrali generi iunxit Teres ipſe Catullus.
Lucanns ſcribit.Rerum nos ſumma ſequetur
Imperiumque comes.Iam cætera pono marina
Cum fœmininis quæ conſuetudine nulla
Iunguntur.gurges ſtipes poples quoque trames
Fomes uel celpes limes teſtantur abunde.
In ges at excipias muliebria bina tenente

Obliquis & enim. Seges ac teges indicat illud.

In Es longum.

Nomen in es longum ſi quintæ ſit tamen. eſto
Fœmineum Species acies exempla teneto.
Excipiturq; dies. ſingulari namq; marinum
Vel muliebre dabit. plurali maſculeum dat.
Meridies eius Compoſtum ſit marisuſq;.
Cetera quæ retinent es longum. propria ſi ſunt
Maſculei generis dicuntur. monſtrat Achilles
Iungitur his Aries paries quoq; ſunt quia longa
Tolle ceres muliebre Appellatiua tamen ſi
Attineant homini cõmunia dicito uates
Vt locuplex hæres. locuplex neutrum quoque fertur
A pede compoſitum cõmune genus retinebit
Fume bipes quadrupes ue tripeſſonipes alipeſq;
Plinius ac plures ſed quadrupedia dicunt.
Compedis hæc compes muliebre genus ſibi quærit
Altera fœmineum poſcunt. uelut illa quies hæc
Et cædes uulpes ſtrages labes uel apeſque.
Siue lues clades ſpes nubeſq; ſtrueſue.
Merces mercedis moles proles abies &.
Hæc ualles etiam. ſed uallis & hæc reperitur. Vir. xi.
Multitudo quidem pubes hæc poſcere debet.
Pro porco uerres generi coniunge marino.
Huppomanes nutro recte concedere debes
Hippomanes quod ſæpe malæ legere nouercæ. V.

In Aes.

Maſculei præs eſt. Aes aeris iungite nutro.

In Is.

Aedilis maribus quia ſolum conuenit eſt mas
Illa etiam lector generis dic eſſe mar ini
Quis n præcedunt. aut c uel conſona duplex
Exempla oſtendunt hic panis funis & amnis.
Torquis item piſcis faſcis fuſtis quoquæ poſtis
Vectis & haxis collis ſic enſis & anguis.
Hic unguis menſis ſollis ſimul ignis & orbis
Hic caſſis torris uermis ſimul addere debes.
Dixerunt ueteres hæc Amnis funis & anguis.
Maximus in primo de Sylla hæc protulit anguis.
Virgilius primo deſcripſit. lucidus anguis. in g.
Borbis fœmineo iunxerunt maſculeoq;.

Tolle bipennis eis muliebre genus quia poſcit
Aſt adiectiuum uates feciſſe uidetur
Vndecimo dicens. ferro ſonat alta bipenni
Franxinus excipias etiam cōmune caniſq̨.
Peſtis fœminei eſt. neptis ueſtis quoq̨ nauis
Siculais turris peluis uellis quoq̨ febris.
Reſtis uel finis uel clunis fœminei ſunt
Maſculeiq̨ ſimul. maribus ſed compoſitiua
Aut ex fœmineis. ſiq̨ adiectiua manebunt
Cōmunis generis dicuntur talia cuncta
Iccirco a ſanguis cōmune exanguis habebis.
Exangue & neutrum. ſic exanimus generantur.
Cuſpis & hæc retinet. cōmune triſtis habebit.
Iungitur & neutro per caſus ſcilicet ipſos
Obliquos tantum Naſonis carmina magni
In primo retinent. poſitoq̨ tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi. Dicaſq̨ marina
In patrio creſcit quibus unica ſyllaba tantum.
Vt lapis hic lapidis. puluis ſic pulueris huius
Sanguinis hic ſanguis. uomis cinis additur illis.
Puluis hetruſca tamen primoq̨ propertius inquit
Hic cucumer dat eris. cucumis tamē hic cucumis dat.
Tollitur hæc cuſpis fœmelluim cuſpidis huius.
Caſſidis hæc caſſis. lis litis. iaſpis & aſpis
Glis glitis gliſſis. Glis gliris maſculeo da.
Cætera iam retinent muliebre genus fere cuncta
Quæ ſimilem recto uariare ſolent genitiuum.
Claſſis auis pandunt. puppis meſſiſq̨ ſecuris.
Vis cutis & bilis. ſtrigilis. commune canalis
Dat genus. at melius muliebri iungier inquit
Seruius in terno. uerum græcula dantis
Id genus in nobis ſeruant quod more pelaſgum
Hic paris hic tybris thetis hæc ægis quoq̨ tigris
Cōmune eſt hoſtis. ciuis. teſtis. iuueniſq̨.
Additur & ſamnis. ſamnite aſt. Næuius inquit.
Hic hæc dis ditis dites & ditia format.
Cōmune eſt pubis ceu quinto Seruius effert.
Inde eſt impubis commune impubeq̨ neutrum
Atque mola ueniens communi trade molaris
Nanque adiectiuum ualet eſſe. tamen quia ſæpe
Ad lapidem dantem ue ſimul uoluere referri.

Conſuetudo frequens generi dedit ipſa marino.
Si ad homines aliaſq; ualent res nomina iungi.
Tum per e fac neutrum dulcis teſtabitur hic hæc
Hoc & dulce ſimul triſtis uel plurima iunge.

In Os.

Bis duo fœmineum dant os. cape dos ſimul & glos
Gloris. cos arbos. Cõmunia quinq; notantur
Cuſtos bos impos. compos ſimul atq; ſacerdos
Altera cuncta maris dicuntur nempe latina
Ceu ros floſq; nepos. mos moris. iunge lepoſq;
Hæc duo neutra ferunt os oris, ſic & os oſſis.
Iunge chaos neutro. melos argos. nomina græca.
Sunt fœminini quoq; græcula ſuntq; marini.
Hæc lemnos tenedos ſint teſtes: hic logos heros
Hic hæc chironomos Tortellus uelle notauit.

In us breue.

Vs breue quod retinet. ſeu quartæ ſiue ſecundæ
Arboris ac nomen. muliebre genus retinebit.
Vt myrtus laurus uel quercus ſiue cupreſus
Appellatiua hæc muliebria quippe feruntur.
Arctus chriſtallus coſtus. quibus adde phaſelus.
Acta faſelus ait naſo. tamen ille Catullus
Quum tibi niliacus portet chriſtalla cataplus
Marcus & ipſe tulit.
Iunge hæc prædictis nardus ſynoduſq; papirus
Vannus abyſſus item diphtongus ſiue ſmaragdus
Byſſus & egyptus. Nardum coſtum quoq; fertur
Hæc Atomus Cicero de fato dat muliebri
Carbaſus hic phocas. docet hæc at ſeruius ipſe
Virgilii quarto profert hæc galbanus idem.
Lucanus dixit peregrinaq; galbana ſudant. in. ix.
Altera græcorum quæ ſũt communia. nobis
Id cõmune genus retinẽt. exempla teneto
Hic hæc philoſophos ſeu philoſphus prope noſtros
Hic hæc philocalos ſeu philocaluſq; latine.
Poſt ſextum maurus cõmune ait eſſe tyrãnus
Communi generi da pampinus & paradiſus
Supparus addatur. quia ſic uoluere priores
Cætera uel quartæ prædictæ ſiue ſecundæ
Eſſe marina uolunt. metus hic animuſq; docebunt
Hic ficus ficus uel fici. tu uitium dic.

Hæc ficus ficus fici. & pomum ſit & arbor.
Flectendi carmen tibi latius omnia monſtrat.
Hic dat acus. q̄q̄ fœmello ſæpius hæret.
Hoc acus aſt aceris nempe eſt purgatio grani.
Seruius in quinto docet hic hæc iridis arquus.
Iride ꝑ hic arcuus cicero huius protulit arqui. de. n. d.
Ennius hæc arcuus ponens quartæ aſſociauit. pr.
Hæc humus hæc aluus muliebria quippe docemus
Hæc domus hæcq; culus. ſunt quartæ ſuntq; ſecunde
Fœminei quartæ generis ſunt iſta notanda.
Hæc anus atq; nurus ſocrus & manus & tribus idus
Porticus. at pelagus neutrali tradere debes.
Tam maris & uulgus q̄ neutri comperiemus.
Virus habet neutrum. pluraleq; fugit ubiq;.
Vult penus hoc penoris penus hic hæc iūgito quarte
Sic ſpecus hic hæc hoc. priſ.
Vs breue nomen habens. ſi tertia ſorte reflectit
Neutrali iungas. pandit tibi munus opuſq;.
Hic lepus eſto maris. Venus hæc muliebre tenebit
Eſt cōmune ligus uetus omne repoſcere debet.
Vult pecus hæc pecudis. pecus hoc pecoris generabit

In Vs longum.

Quæ dant us longum. ſi ſint monoſyllaba. neutri
Sunt generis. monſtrant pus tus. uel cætera cuncta
Tollantur mus hic. Grus ſus cōmune repoſcunt.
Fœminei generis uerum polyſyllaba ſunto.
Hæc uirtus incus tellus quoq; pandit abunde.

In Aus.

Hæc laus accipiet. fraus hæc aſſumere debet.

In S. præcedente conſonante.

Conſona bina quidem nomen ſi terminat. atq;
Eſt adiectiuum triplex genus addere debes.
Hic hæc hoc expers prudens ſimul indicat illud
Vult cōmune genus bifrons celebſq; parenſq;
Princeps ac anceps municeps ſerpēs ſimul effrons
Altera ſi fuerint monoſyllaba. fœminei ſunt
Sed ſcrobs maſculei reperitur. uel muliebris.
Arboris hic hæc ſtirps generis tamen hæc retinebit
Maſcula ſpes pons fons mōs. dens mars dicimus eſſe
Sic & adeps forceps manceps quoq; iunge marino
Iunge triens quadrans dodrans ſextans quoq; dextans

Varro Adipes illa dixit dum ruſtica tractat.
Cætera cuncta uolunt muliebre genus retinere
Sicut hyems ue cohors.

In Ax.

As adiectiuum nomen capiendo, tenebit
Omne genus fallax hic hæc hoc monſtrat & audax.
Cætera fœminei dicas. licet altera ſæpe
Interponatur ſibi conſona. lanx uelut & ſalx.
Pro pede maſculei generis ſit calx retinens x.
Calcs pro materia retinens cs fœmineum dic. Cap.
Hic dat Abax thorax. plerunq; abacus reperitur

In Ex.

Ex duo maſculeum capiunt monoſyllaba. grex rex
Altera cuncta tamen monoſyllaba fœminei ſunt
Eſt cõmune ſilex muliebria dicito uibex
Hæc ramex forſex forpex carexq; ſuppellex
Cætera ni fuerint tamen adiectiua marinum
Dant genus ut uertex pollex codexq; culexq;
Murex ueruex cortex hic hæc. reperimus
Hicq; pulex cimexq; ſenex caudex uel apexq;
Dixit amica ſenex uarro tamen ipſe uetuſtus
Virgilius pumex hic profert. hæcq; catullus
Hic aut hæc latex quondam nunc iunge marino.
Imbres incerti melius muliebre tenebit S.
Sumit obex hic hæc. melius tamen hic. monet idem
Exlex cõmuni generi coniungere debes.
Si uero fuerint hæc accidentia poſcunt
Omne genus ſimplex uel duplex pandit abunde

In Ix.

Quæ dant ix. breuis & penultima ſit genitiui
Maſcula ſunt fornixq; uarix exempla teneto
Sardonix hic hæc. muliebre ſilixq; cicatrix
Cætera ſeu lodix uel ceruix fœminei ſunt.
Iunge mari phœnix. lucani ſextus habebit
Aut cinis eoa poſiti phœnicis in ara
Fœmineis etiam uerbalia nomina iunge.
Vt nutrix meretrix natrix quoq; ſi tamen illud
Eſt ſpecies anguis generi concede marino.
Fert natrix uiolator aquæ lucanus in octo.
Adiectiua genus ceu fœlix omne tenebunt.

In yx.

Nomen in yx græcum eſt. patriumq́ genus retinebit
Hic phryx hic eryx. hæc ſtyx ſandix cape teſtes
Et getulus oryx undena fert iuuenalis.

In Ox.

Adiectiua quidem ſunt ox retinentia cuncta
Hic hæc hoc atrox ueloxue exempla tenebis
Fœmineo generi nox & uox adde. celoxq́
Siue ſecunda docet plauti ſeu quarta thalia
Scapha celox proprie phoca tradente uocatur

In Vx.

Cōmuni generi dux hic hæc iungere debet.
Lux faux at dicas muliebria nux uelut & crux.

In ynx & inx.

Incerti generis lynx eſt. muliebre tenet phinx.

In Vnx.

Coniugis at coniunx cōmune genus retinebit
Hic retinet quincunx ſexcunx ſeptunſq́ deunx hic.

Finit carmen de generibus.

Carmen de præteritis per
Anto. Mancinellum libro. iii.

Primæ coniugationis præterita Titu. i.
Secundæ coniugationis præterita. Ti. ii.
Tertiæ coniugationis præterita Ti. iii.
Quartæ coniugationis præterita Ti. iiii.
Carentia præteritis unde accipiunt Tit. v.
Verba in or quomodo præteritant Ti. vi.
Præterita e diuerſis inſtantibus deriuata. Ti. vii.
Neutro paſſiua. Ti. viii.
Carentia tēporibus. modis pſonis. numeris. Ti. ix.
Odi. noui. memini. cœpi. pepigi Ti. x.
Imperſonalium præterita. Ti. xi.
De quattuor uerborum formis. Ti. xii.

Primæ coniugationis præterita. Ti. i.

INſtantis perſona ſolet formare ſecunda
Præteritum uertens S in ui ducitur ergo
A canto cantas cantaui. Regula præſens
Actiuis neutriſq́ ſimul primo ordine ſeruit.
Cœno cœnaui cœnatus ſum quoq́ reddit
Potaui poto uel potus ſum reperitur
Iuro iuraui & iuratus ſum generabit.
A titubo ueniet titubaui uel titubatus.

Præteritāt in ui diuiſas infima quædam
Nanqꝫ domo domui.crepui crepo ſumere debet:
Diſcrepui pauiqꝫ ſimul fert diſcrepo rite.
Increpui uerumtamen increpo ſemper habebit
Bis tamen a plauto tantum formatur in aui.
Dimico uult aui cui naſo fert in amore.
Dimicui micui fricui ſecui tonui dic
Et ſonui uetui quinto manilius inquit
Aura per extremas reſonauit flebile rupes
A plico fit plicui perfectum ſiue plicaui.
Quod tibi compoſitis noſcetur:nam per ui fert
Præteritum quotiens aſſumit prepoſitiuas
Explico uel replico demonſtrant applico ſiue
Nomine cum uero compoſitum format in aui.
Namqꝫ duplicaui fert duplico multiplicaui
Multiplico.triplico perfectum uult triplicaui.
Prima etiam quandoqꝫ tamen formantur in aui
Namqꝫ applicaui Cicero uarroque tulerunt
Atqꝫ explicaui.raro tenet implico caui
Sed ſuplicaui tantummodo ſupplico reddit
Præteritat cubuiqꝫ cubo:ſic incubo cuius
Compoſitiua ſolent primam ternamue tenere.
De quibus in terna q̃plurima quippe docebo
Nexo etiam nexas uel nexis nexuit edet
Et neco dans necui.potuit quoqꝫ ferre necaui
Doqꝫ dedi format.iuuo iuui.uult lauo laui.
Sic relauo gignit perfectum rite relaui.
Præteritum circundo quidem circūdedit effert.
Protulit in quarto Manilius ipſe iuuauit
Stoqꝫ ſteti generat .perfectum compoſitiua
Conduplicant eius.Reſto nam reſtitit edet
Conſtitit a conſto proſto fit proſtitit uſqꝫ.
Abſtitit abſto dabit.ſic inſtitit afferet inſto.
Secūdæ cōiugationis præterita Ti.ii.

In Veo.

SIVeo formabit uerbum fortaſſe ſecundæ
Tunc eo uerit in i faciens perfecta notantur.
Dans moueo moui foueo foui paueoqꝫ
Præteritum conniuo quidem conniueo ſiue
Conniui pariter connixi & flectere poſſunt.
Ferueo uel feruo ternæ ferui generabunt.

Ferbeo præteritum mihi ferbuit edere debet.
Languit efficiet perfectum langueo rite.
Nempe Cii ciuiq; ſimul. Cio uel Cieo dant.

In deo.

Longaq; uocalis ſi naturaliter eſſet
Aut a ante deo. ſemper deo uertitur in ſi.
Rideo ſic riſi generat. ſic ſuadeo ſuaſi.
Ardeo fert arſi. Sed ſtantibus e uel i curtis
Ante deo ſemper eo cedit. ponitur ac i.
Vt ſedeo ſedi. ſic eius compoſitiua
Inſedi inſideo. ſubſedi ſubſideoq;.
Dat uideo uidi. præuidi præuideo dat.
Strideo uel ſtrido ſtridi generat. licet i det
Ante deo longam. geminant hæc præteritando
Pendeo demonſtrat cum tondeo. namq; pependi
Atq; totondi ferunt. uult mordeo ferre momordi
Spondeo præteritũ geminat quoq; dando ſpopõdi.
Aſt in compoſitis eadem minime geminantur
Deſpondi pandit deſpondeo. pendeo ſolum
Dependi format præmordeo concipit uſq;
Præmordi tantum. detondi tondeo Defert.
Ennius annales ſcribens ita protulit ipſe
Et detotondit agros lætos atq; oppida cæpit
Ante deo quando retinent au uerba ſecundæ
A participio perfectum ſumere debent.
Auſus ſum faciet namq; audeo gaudeo ſumq;
Gauiſus flectit. ueteres auſu uariarunt
Sic quoq; gauiſi. iam cætera quæ deo formant
Præteritant in ui diuiſas. Candeo ſicut
Canduit. at pranſus ſum prandeo dat quoq; prandi.

In Geo.

L uel r ante geo poſitis. geo uertitur in ſi.
Hoc pacto indulſi profert indulgeo. fulſi
Fulgeo. ſic alſi fert algeo. tergeo terſi.
Vrgeo uult urſi. iungatur mulgeo mulſi
Vel mulxi quoniam. mulſi quoq; mulceo reddit.
Si tamen ante geo natura ſyllaba longa
Ponatur. recte geo ſemper uertitur in xi
Augeo ſic auxi luxi. dat lugeo rite
Præteritant in ui diuiſas cætera cuncta
Hinc rigeo rigui uigeo uigui generabunt.

In Leo.

Si leo præcedit fortaſſis conſona quædam
Iuncta ſibi ſemper. dabit eui præteritando.
Compleo compleui Fleo fleui exempla teneto.
Ex oleo uel leo compoſtum dat quoq; in eui.
Præteritans oleo ſed fert olui uel oleui
Fert Abolet Redolet leuit & luit hinc adoletq;
Exoleo leui tantum petit Obſoleoq;.
A ſoleo quoniam ſolitus ſum quod ſoluiq;
Præteritat non eſt ex obs tamen ac oleo fit
Deleo deleui. releo donato releui.
Cætera. iamq; leo monſtrantia præteritabunt
Diuiſas in ui. doleo dolui manifeſtat.
Excutit excello ue excelleo celluit. Exq;.

In Queo.

Torqueo uult torſi. diſtorqueo compoſitiuum
Diſtorſi formatq; retorqueo nempe retorſi

In beo. ceo. meo. neo. peo. reo. ſeo. teo

Si beo. ſiue ceo. meo. uel neo. ſi peo forte
Verba. reoq;. ſeo teo. uel queo. terminat ulla.
Tunc uertetur eo per ui diſyllaba rite.
Hinc habeo uobis habui formare ualebit.
Sic rubui rubeo docui doceo iacuiq;.
Tum ſeneo ſenui. placeo placui & placitus ſum
Fert mereo merui pateo patui dare debet.
At iubeo iuſſi perfectum uelle notatur.
Sorbeo uel ſorbo dant ſorbuit addito ſorpſi.
Mulceo fert mulſi. maneo manſi. neo neui.
Hæreo fert hæſi. luxi dat luceo quippe.

Tertiæ coniugatiõis præterita. Tit. III.

In Cio.

INte cio quotiens dat a tertia. pellit a. uult e
Oq; mouendo ſuum perfectũ terminat aptet
Id facio feci. Iacio ieci tibi monſtrant.
Ex his compoſitum quamuis cum præpoſitiua
A per i præſentis conuertat. regula tandem
Præteriti remanet. quam ſimplicis eſſe notaui.
Effeci efficio perfeci perficio dic.
Compoſitum debet facio cum præpoſitiuis
A per i præſentis conuertere. parte alia cum
Sed ſi coniungas ipſum. tenet illud a ſemper.

Sic calet connexum. uel cum tepe. cum treme siue
Cum stupe cum magni aut parui. facio. tenet illud
Abiicio abieci. proieci proiicio uult.
Inuenies simplex icio. quod perficit ici
Ante cio retinent sed i forsitan altera quæ iam
Illud i conuertunt e per. cio postea per xi.
Aſpicio aſpexi. conſpexi conſpicio dic.
Illexi illicio. pellexi pellicio dat
Tollitur elicio nanq; elicui generabit.
Pellicui ueteres pro pellexi uariarunt
Allicuiq; etiam reperitur priſca legenti.

In Dio.

A fodio fodi. Perfodi. perfodio ſit.
Effodi effodio. Confodi confodioq;.

In Gio.

In gio præteritant extremum ſi remoues o.
Sic fugio fugi. confugi confugio fert.

In Pio.

Si capio certe præceſſerit illud a ſemper
Vertit in e longum. poſt o remouendo uidebit
Præteritum capio cæpi tibi pandit aperte.
Eius compoſitum præſentis pellit a. uult i.
Simplicis at remanent perfecta per integra cunctis
Incæpi incipio ſuſcepi ſuſcipio dic.
Ante pio retinent u quando. uertitur in ui
O ſemper. cupio cupi poſcit ue cupiui.
Fert rapio rapui. eripio eripui generabit.
Præteritat ſapio ſapii ſapuiue ſapiui.

In Rio.

Dat peperi pario. quartæ ſimul Ennius ipſe
Protulit enarrans. oua parire ſolet.

In Tio.

Dic Quatio quaſſi geminatio ſi. Concutioq;
Concuſſi flectit. percuſſi percutio dat.
Incuſſi incutio. Sic cætera compoſitiua.
Cariſius tradit Quaſſi non eſſe per uſum.

In Vo diuiſas.

Diuiſas in uo ſi conſona uerba præibit
O uertunt i per. ſic imbuit imbuo format.
Inde tamen tollas ſtruo ſtruxi. uel fluo fluxi.
Vnguo unxi. Coxi coquo per q. uel coco per C.

Liqui linquo tenet: tingo tinxi quoq; tingo
Linguo uel lingo fert linxi præteritando.
Tinguere nempe caper docuit non tingere dicet
In guo tamen uerbum minime finire uidetur.
Diuiſas in uo. quia littera perdidit u uim
Quapropter normam dicas in go retinere.
Dicimus icc irco pinguo & pingo quoq; pinxi
Stinguo uel ſtingo ſtinxi. ningit quoq; ninxit.
Vngo nec unguentum retinent u. Seruius illud
Protulit in nono.

In uo ſyllabam.

In uo uerba quidem quotiens penultima fert l.
Tunc o per i uertunt extremum præteritando
Id pandit ſoluo ſolui. uolui quoq; uoluo
Longaq; uocalis natura ſi uo præibit
In xi uo uertunt: id uixi uiuo docebit.

In Bo.

In bo finitum uocalis longa manet ſi
Ante bo pſi poſcit. Scribo ſcripſi quoq; nubo
Fert nupſi nunq̃ b uocis principium præ
S ualet eſſe quidem. quapropter pſi damus illis.
Altera in i uertunt o. lambo id uel ſcabo monſtrant
Attamen excipias incumbo incumbis ab illis
Quod quoq; fit primæ. nanq; incubo dicitur apte
Incubui ſed habent ambo cum præteritabunt
Acubo compoſitum ſeu primæ ſiueq; ternæ
Fert ut diuiſas. accumbo uel accubo ſic dant
Accubui iungas incumbo uel incubo nanq;
Incubui generant. Sic cætera compoſitiua
Nunc tamen ipſorum ſimplex cubo prima reflectit.

In Co.

In co præcedens tollatur. & i per o uerſo
Præteritum fiet. ſeu uici: ſed præeunte
Sco conuertunt in ui ſco primæ tollimus autem
Inchoatiua. carent perfectis omnia nanq;
Vnde quieſco tenet perfectum rite quieui.
Sic paſco paui declinat. creſco ue creui
Abſciſco abſciui. conſueui præteritabit
Conſueſco. uel dic cõſuetus ſum generare.
Cariſius poſuit. ſed conſueo tamen ipſe
Dat conquiniſco conquexi ſuſcipiens. x.

Compeſco diſpeſco petunt compeſcui diſq;
Increbui increbeſco feret.ſenuiq; ſeneſco.
Diſco uult didici.uult tradere poſco popoſci.
Dedidici dediſco tenet.depoſco popoſci.
Longaq; uocalis natura ſi co præibit
In xi præteritat.duco id duxi manifeſtat
Parco pepercit habet uel parſi.ico dabit ici.

In do.

In do uerba quidem quis ſit penultima longa
In ſi do uerſa perfectum reddere poſſunt.
Hinc ludo luſi.trudo & truſi uariabunt.
Sic rado raſi lædo læſi generabit.
Rodo etiam roſi declinat:uadoq; uaſi
Euado euaſi.iungantur claudoue cludo.
Strideo cum ſtrido ſtridit uel ſtriduit effert
Dat cedo ceſſi.cædo uult ferre cecidi
Pedo pepedit habet.Sido ſidi generaret
Pro ſidi uero ſedi nos utimur uſq;
A cudo cudi uel cuſi præteritum fit.
Fiſi olim fido fiſus ſum nunc generabit.
A do compoſitum ternæ eſt cum præpoſitiua
Ac primitiui perfectum ſeruat ubiq;
Di duplicans.reddo demonſtrat reddidit edens
Prodidit hinc prodo.credo quoq; credidit effert.
Sic & uenundo uenundedit edere debet.
Vendidit & uendo.condo dat condidit abſq;
Condidit abſcondo.ſed enim do cuncta ſequuntur.
Grammaticus meminit caper abſcondi docet ipſe
Ante do ſi retinent n.pellunt o.capiunt i.
Si tamen u.retinent aut i prius n.remouent n.
Vt ſundo ſudi.ſcindo ſcidit adde ſidiq;
Attamen aſſeuerant n cætera præteritando.
Defendi ut ſcandi:ſic eius compoſitiuum
Aſcendo aſcendi.Tolluntur quis duplicatur
Syllaba prima uelut demonſtrat pendo pependi
Tendo tetendit item.tundo tondi ue tutudi
Grāmaticus docuit.diomedes dat quoq; tunſi
Cædo cæcidit habet.cecidi cado ſumere debet
Compoſitis nunquam penultima conduplicatur.
Hinc mihi perpendo perpendi præteritabit
Extendo extendi.pertudi & pertudit aiunt.

Sic etiam uariant concidi concidit atq;
Ado compſitum geminat.ſto diſco ue poſco
Prodidit hinc prodo.reſto uel reſtitit effert
Dedidici format dediſco.deq; popoſci
Depoſco.Acurro geminant tria præteritando.
Pandit decurro decurri uel decucurri.
Excurro præcurro ſimul.ſed cætera tantum
Incurri incurro diſcurri dis quoq; curro.
Sæpe repunxit habet pupugiq; re nempe Repungo

in Go.

R go præcedens per ſigo uertere debet:
Atq; regendo tamen compoſtum tollitur inde.
Vt mergo merſi.ſpargo ſparſi quoq; tergo.
Tergeo uel terſi.Conuertunt cætera ſed go
In xi.quod rexi rego monſtrat:Cingo ue cinxi
Ango anxi.Tingo uel tinxi.pingo uel pinxi.
Et ſugo ſuxi.fingo finxi.tego texi.
Affligo afflixi:ſic ungo ſuſcipit unxi.
Alingo eſt linxi.mingo minxi.quoq; meio
Dat minxi & meii.Diomedes teſtificatur.
Hæc de præteritis in uo diuiſa uideto
Mingentis muſæ ſcito dixiſſe catullum.
Atq; regendo licet compoſtum ſyncopa detur
E per præſentis perfectum ſeruat id e poſt.
Perrexi id pergo ſurrexi ſurgoq; monſtrant.
Dirrigo ſed certe uel porrigo corrigo ſiue
Arrigo conuertant licet e per i.ſimplicis uſq;
Omnia ſectantur.direxi ut dirigo ſicq;
Porrigo porrexi.Frango dic tradere fregi.
Sic ago uult egi.lego legi.compſitiuum
Simplex conſequitur.conſtringo flectimus inde
Confregi perfringo tenet perfregit ubiq;.
Exigo ſic profert exegi.ſicq; ſubegi
Vult ſubigo cogo perfectum trade coegi.
Perlego perlegi relego dic uelle relegi.
Ablego compoſtum mutando ſignificata
Præteritum mutat.pandunt tria uerba uelut ſunt
Negligo neglexi.intellexi intelligo iunge
Diligo dilexi.Pango pegi uariabit.
Impingo impegi pepigi quoq; pango ue panxi
Proq; paciſcor enim dixerunt pango uetuſti.priſi.
Præteritat pepigi uel pactus ſumq; paciſcor S.

A tango eſt tetigi.Pungo pupugi quoq; punxi
Expungo expunxi.ſed dicimus.atq; repungo
Dupliciter pupugi uel punxi.iungito quis Re.
Ex etiam tango ueniens nunquam geminatur.
Attigit attingo demonſtrat.contigit atq;.
Ex ago uel frango lego certe compoſitiua
Simplicium ſeruant perfectum.prodigo ſic dat
Prodegi.dego uel degi.inſtingoq; fregi.
Colligo collegi.Præter tria dicta ſuperna
Negligo neglexi.dilexi.intelligo iunge

In Ho.

In xi perficiunt ueho uexi uel traho traxi.

In Lo.

Nempe lui poſcunt in lo finita.uelut ſunt
Conſulo conſului.colui colo.ſic alo nanq;
Fert alui molui molo.iungas occulo formans
Occului.Duplicant l quæ nos tollimus inde
Quæ ſi principiant a mutis congeminantur
Syllaba prima quidem.quamuis uocalis habetur
Non eadem ſemper.pepuli quod pello docebit.
Vel tollo tetuli.pro quo iam ſubſtulit affert.
Aſt etiam tetuli tulo quondam præteritauit.
Fallo feſellit habet compoſtum non geminatur
Nanq; refellit erit.compello compulit edit
Pſallo petit pſalli.uello uelli quoq; uulſi.
Exculit excello ue excelleo celluit.Exq;
Perculit oſtendit percello præteritando:

In Mo.

Ante mo ſi lector uocalis longa daretur
In pſi conuertas o.promo dicito prompſi.
Demo uel dempſi.como compſi.quoq; ſumpſi
Præteritant in ui diuiſas altera cuncta
Sic uomui dicunt gemui.tremui fremuiq;.
Aſt emo fert emi.premo preſſi uelle notatur.
Sic adimo & redimo dat ademi datq; redemi.
Sed redimo redimere creans format redimiui

In No.

In no præcedant o uel g ſi tamen.ipſa
Diuiſas in ui perfectum reddere debent
Vt pono poſui ſic eius compoſitiua
Suppono poſui.compono compoſui.Sup.

Pono modo poſui. ueteres dixere poſiui.
Gigno petit ginui. geno ſed dixere uetuſti.
A Cano compoſitum per ui quoq; præteritabit.
Succino ſuccinui ſic occino pandere debet
Occinui Criſpus tamen occano protulit ipſe
Occanui. dicitq; probus ſimul occinit inquit
Nam cano dat cecini.
Mno præcedens in pſi no uertere debet
Vt temno tempſi. Sed cætera ui retinebunt
Deſino. deſiui uel deſiit indicat illud.
Sterno ſimul ſtraui. ſino ſiui uel ſiit effert.
Publius & ſcaurus ſino ſini præteritarunt. Dio.
Dat cerno cerni. ſperno ſpreui. lino liui.
Siue lii & leui nomen liui ualet eſſe.
Ab leo quod ſimplex eſt quamuis non ſit in uſu
Fit leui. monſtrat deleui deleo quippe
Inde uenit letum quod uitam deleat omnem.
Atq; lino lini flexit quoq; ſæpe uetuſtas.

in Po.

Rupi rumpo tenet. corrupi rumpo cor affert
Abrumpo abrupi. ſic altera compſitiua.
Ante po ſi uero præſentia corripiunt e
Ouertunt in ui diuiſas. Id ſtrepo pandit
Dans ſtrepui. retinet tamen r quum forte uel l q'
Aut e productā præ po. conuertere debent
Oper ſi. repo id repſi carpſi quoq; carpo
Vel ſcalpo ſcalpſi ſerpo ſerpſi quoq; monſtrant
Sic ſarpo ſarpſi generabit præteritando.

in. Ro.

In ro ui poſcunt. triui ut tero. uel ſero ſeui.
Quæro & quæſiui. ſed deſero deſerui dat
Inſerui flectit ſic inſero. ponitur id pro
Immitto quotiens. inſeui aſt inſero poſcet
De tamen arboribus dicens. ſerui ſero ſeui
Aſt pro ordinaui ueteres dixiſſe notantur.
S geminant uro dans uſſi. uel gero geſſi.
Verro facit uerri uerſi quoq;. curro cucurri.
Denegat a uerro perfectum ſed diomedes
Acurro certe ſolum tria congeminabunt.
Pandit decurro decurri uel decucurri.
Excurro Præcurro ſimul. ſed cætera tantum

Incurri incurro diſcurri diſquoq; curro.

In So.

Oq; per in uertunt in ſo finita latinis
Ac ui ſuſcipiunt. exemplum ſume laceſſo
Nanq; laceſſiui generat: generatq; laceſſi.
Arceſſiuit item arceſſo ac arceſſiit effert
Viſo uolunt uiſi formare faceſſo faceſſi.
Inde capeſſo dabit perfectum rite capeſſi.
Quæſo quæſiui quæſi quoq; præteritabit.
Pinſuit a pinſo eſt.

In To.

Pectuit a pecto. pexi ſeu pexuit effert
Necto tenet nexi: uel nexuit euariando.
Plecto quidem plexi paſſiuum plector habetur
Flecto etiam flexi. petii peto ſiue petiui.
Verto tenet uerti. meto meſſuit edere debet
Stertuit a ſterto. mitto miſi capietur
Sic & omitto ſuum compoſitum gignit omiſi.
Actiuum ſiſto perfecto quippe carebit. Priſcia.
Compoſitum fuerit uel ſimplex ſiſto tamen ſi
Eſt abſolutum deſignat ſto uelut atq;.
Præteritat ueluti ſto ſemper. reſto reſiſto
Reſtitit oſtendunt. ſic conſto conſtitit atq;
Conſiſto perſto perſiſto & perſtitit edunt
Inſtitit inſiſto uelut inſto præteritabit
Abſto uel abſiſto ſimul abſtitit euariabunt
Protulit a ſiſto ſtatui atq; ſteti d omedes.
Nam duplici ſenſu fruitur. uelut is quoq; dixit.
Nullum præteritum ſiſto uult tradere phocas.

In Xo.

Texuit a texo. nexo quoq; nexuit edunt.

Quartæ cõiugatiõis pterita. Ti. iiii.

QVartus in actiuis neutro quoq; tradidit ordo
Veneo præteritãs eo uel queo compoſitumq;
In cio ſi uerbum ſimplex ẽ præcio dans n.
Id cio fert in xi demonſtrat uincio uinxi
Sancio ſanciui ſanxi quoq; ſanciit effert.
Sanciui quondam dixerunt ſanciit atq;.
Ante cio retinent n ſi non uerba mouendo
Tunc cio per ſi dant perfectum: ut ſarcio ſarſi.

Farcio uel farſi.rauſi uel raucio fulſi
Fulcio uel fulxi recte formare ualebit
Cætera tollendo S pſonæ quippe ſecundæ
Præteritum iuncta ui reddere poſſe docemus
Neſciui pandit.quod ſyncopa neſcit effert.
Tollitur u cunctis ſed enim ui dantibus ipſis.
Mollio molliui:ſeu molliit edocet illud
Sic cio cis.cieoq; cies.ciui & ciit effert:
Grammatici ſæui ſæuiui & ſeuiit aiunt.
Amicio amicui perfectum dat diomedes
Iui reddit eo uel ii: quiit & queo quiui.
Væneo præteritat uæniui & ueniit apte.
Factus ſum fio pateſio ſum patefactus.
Suffio generat ſuffiui & ſuffiit Et ſi
Paſſiuo a neutro componitur at quia uertit
Significata ſimul uariatio uertitur ipſa.
At ſuffire thimo cæraſq; recidere inanes.G.iiii
Cum fieri faciat ſimplex ſuffire poeta
Protulit.Excipimus prædictis haurio.nam fert
Hauſi.dixerunt hauriui ab hauriit olim
Præteritum ſepſi dat ſepio.ſentio ſenſi
Dat uenio ueni.ſed aperio dat ruit uſq;.
Nempe cooperio ruit ac riit edere debet.
Verſilogus repperit uel repperit indicat ample.
Comperio dicunt perfectum comperit eſſe
In tribus eſt ſalio ſalii ſaliuiq; ſalui.
Cambio fert campſi ſed ait tamen aio notabit

## Carentia præteritis unde accipiunt.Tit.v.

QVædam uerba carent perfectis.utimur autem
Ex illis uerbis quæ ſunt mage proxima rebus
Percuſſi ferio.tollo dat ſuſtulit inde.
Suffero ſic etiam.nam ſuſtulo commodat ipſis
Siueq; ſuſtollo.fero dat tulit:id quoq; quondam
Formarat tollo.rettulit uel rettulit inquam
Affero & attollo dant attulit:ut diomedes
Cerno ſed a creſco perfectum ſumere creui
Dicitur a ſtatuo ſiſto ſtatui retinebit
Vel ſtetit a ſto fert:quod latius ante notatur:
Siſto tamen phocas nil dat.nec polleo gliſco.

Nec quatio. mœſtus ſum mœro mœreor & dant.
Grāmaticus quatio quaſi uariare notauit.
Sido caret ſidi. ſedi mutuatur ab illo.
A ſuo nempe ſui capiet ſum præteritando.
Aſt inſaniuit furit accipit ut monuere
Inceptiua carent perfectis omnia. ſicut
Palleſco nigreſco docent horreſco labaſco
Aſto opus eſt quotiens perfectis utimur illis
Perfectæ formæ ſic. palluit horruit aiunt.
Sæpe tamen uates dicunt horreſcere cœpit.
Brachia cœperunt nigris horreſcere uillis. Naſ.
Brachia cœperunt leuibus nigreſcere pennis. Naſ.
At timeor. metuor. renuor. tremor urgeor. angor.
Et diſcor poſcor ueſcor ſimul arguor adde
Liquor. uel medeor. reminiſcor. quippe carebunt
Omnia præteritis uerum. pars maxima ſumit
E ſociis poſcor ſum poſtulatus habebit.
Et ueſcor paſtus medeor medicatus habeto.
Arguor accipiet conuictus. ſed tamen olim
Argutus dederat liquor liquefactus adhibit.
Peccato argutus Solinus fert prope finem.
Decoriſq; arguta tulit plautus quoq; uates.
Nempe recordatus capiet reminiſcor ubiq;

## Verba In Or. quomodo Præteritant. Titu. vi.

PAſſiuum uerbū cōmune ue de quoq; potens
In. tus ctus. ſus. xus. perfectū tradere poſſunt.
Nam participiū iuncto ſum ſumere debent
Celor celatus ſum. doctus uel doceor ſum
Sum patior paſſus. nitor ſum nixus habebunt.
Itus alor profert alitus quoq;. quod mage laudant
Conditus Abſcondor conſus ſimul abs generabit
Conditus abs melius: nam condor conditus effert
Oſtendor tenſus tentus ſimul edere debet
Nam tendor tentus. delectus deleor effert
Scito fatigatu; non feſſus ferre fatigor
Fictus ſum fingor. pictus ſum pingor habebit
At findor fiſus. figor fixus generabit.
Inſeror inſertus uel & inſitus arboris autem

Inſitus & potis eſt. hominis tamen ac alicuius
Eſto rei inſertus.
Dat nitor niſus uel nixus more uetuſto.
Nempe fruor fruitus uel fructus ſum uariabit
Sed fruiturus habet fructurus nemo notauit.
Ortus ſic etiam profert oriturus ubiq;.
Eruiturus item dabit erutus ut docuere
Fretus confiſus fertur ſic dicito nomen.
Threicia fretus cithara fidibuſq; canoris. v.
Defeciſcor habet defeſſus. concipit autem
Nanciſcor nactus pactus pepigiq; paciſcor.
A queror eſt queſtus. paſcor paſtus capenatus
Enâſcor. complexus habet complector. habemus
Mortuus a morotor moriturus ſitq; futuri.
Sed moritum generat ſicut monuere ſupinum. i
Iraſcor profert iratus ſum uariando.
Expergiſcor habet ſumq; experrectus ubiq;.
Expergeſio ſum expergefactus habebit.
At cōminiſcor commentus ſum generabit.
Gignit adipiſcor ſed adeptus ſum bone lector
In quor deponens in cu quor uertere debet.
Poſt tus ſuſcipiens particpium manifeſtat.
Inde locutus erit dicendum. ſiue ſecutus
Ordior orſus habet. merui mereor retinebit.
Comperior monuit phocas dare comperit uſq;.
Sic & diuertor diuerti præteritabit.
Deq; tamen uerbis ordantibus. aſpice ſupra.

## Præterita e diuerſis inſtantibius deriuata. Tit. vii.

FRigeo uel frigo frixi retinere notamus
Luceo dat luxi. luxi quoq; lugeo format
Nexuit a necto uel nexo. fulgeo fulſi
Fulgo ue ſuſcipiunt. cerno & creſco dato creui.
Fert paueo paui paſco ſimul accipit illud.
Sto ſtetit ac ſiſto conſto uult conſtitit atq;
Conſiſto. pendo uel pendeo quippe pependi
Abſto uel abſiſto ſimul abſiſtit euariabunt
Affero & attollo dant attullit. ut Diomedes.
Nempe acui profert aceo. profert acuoq;
Apateo & patior. pandor quoq; paſſus habetur

Vertor cum uerror uerſus ſum preteritabit.

Neutro paſſiua. Tit. viii.

HAec neutro paſſiua ferunt ſolũmodo noſtri
Gaudeo gauiſus. factus ſum fio tenebit.
At fido fiſus. Soleo ſolitus ſoluiq;
Audeo fert auſus. quondam dixere uetuſti
Auſi gauiſi fiſi ſolui quoq; fii.

Carentia Temporibus mo
dis. perſonis numeris. Ti. ix.

PErſonis numeris ue modis ac tempore multa
Deficiunt. ambeſt ſolum dixere priores
Nempe forē ue fores foret & fore ſiue fuiſſe
A fuo ſunt uoces. olim id dixere uetuſti
Induperatiui Cedo uel cedite uoces.
Salue ſaluete & ſalueto Sal quoq; uere
Sic & aue flectas. ſalueto aſinaria plauti.
Faxo pro faciam primi uox ſola futuri.
Haud ſibi cum danais rem faxo & pube pelaſga
Eſſe putent. nono maro nempe uolumine dixit
Nempe optatiui quondam iunxere futuro
Faxim uel faxis tantum. faxit quoq; faxint
At ſubiunctiuo datur auſim auſis ſimul auſit
Inſit duntaxat. quæſo ſibi quæſumus addit.
Quæſumus in primo de legibus inuenietur
Inquio declinat aut inquam. ac inquis & inquit.
Inq; quiunt addas. perfecto inquiſti aut inquit
Induperatiui uox inquid uel inquiat eſto. Pr. x
Aio uox præſens dat ais dabit ac ait aiunt.
Aſt imperfectum totum uariabitur uſq;.
Præteritum dat ait. Sed ai pro dic reperitur
Aias ſiue negas dixit comœdia plauti. Rud.
Perſona prima caruere ſequentia uerba
Sicut ouas furis atq; daris foras quoq; faris.

Odi. noui. memini.
Cœpi. Pepigi. Tit. x.

ODi uel noui. memini. cœpi pepigiq;.
Inſtantis ſenſum perfecti & ſumere debent.
Odi cum noui cœpi pepigi caruere
Induperatiuis. de quo phocas Diomedes.
Vox infiniti ſit noſſe ueſut meminiſſe

Imperſonalium præterita. Tit. xi.

TEduit a tedet perfectum ſumere debes.
Perteſum eſt pertedet habet perteduit atq;.
Latius id regimen noſtrum uerbale docebit
Et ue fuit miſeret debet generare miſertum.
A libet eſt libuit.libitum quoq; ducitur inde.
Sic licuit licitum ue leges.pudiuit pudet effert.
Cernes pœnituit uel oportuit ipſe legendo.
Fert piguit pigitum ue piget.probo rite ſupinis

De quattuor uerbo
rum formis. Tit.xii.

VErborum formæ ſunt quattuor.accipe lector
Perfectam meditatiuam ſimul atq; frequentem
Adde inceptiuam.ueluti lego lecturioq;
Lectito cum curſo ferueſco ſiue tepeſco.

Perfecta forma.

Perfectam poteris formam deflectere cunctis
Temporibus cunctiſq; modis ceu prandeo curro.

Meditatiua.

Sunt meditatiuæ formæ uerba omnia quarti
Ordinis atq; rio retinentia.Seruius auctor.
Eſurio monſtrat.talis rio forma ſupino
Adiicit:hinc lectu mihi lecturio generabit.
Optatiua uocat laurentius in rio uerba.
Aut hæc ſignificant quantum ſua prima notabant.

Frequentatiua.

Forma frequens in ſo.to.tor.xo.clauditur uſq;
V per o conuerſo ſupremi ſæpe ſupini
Deſcendit.ſic a curſu curſo ſolet eſſe.
A ſcriptu ſcripto.nexu nexo capiemus
Ordinis at primi uerbum ſi forte tenebit
A prius u.mutat per i tunc a.deq; uolatu
Sic uolito ueniet.Rogito quoq; deq; rogatu.
In gi perfectum facient ſi uerba.ſecundæ
Perſone tollas ſ tunc præſentis.& inde
To iungas.cogo cogis ſic cogito format.
Sic fugioq; fugis fugito.legito lego gignit.
Sic etiam quæro dat querito.quæſito nempe
A quæſo ueniet.ſcitor dat ſciſcitor uſq;.
De ſequor eſt ſector Cum debeat eſſe ſecutor.

A noſco formes uel noſcito uel noto lector.
Prima frequentatis ſit coniugatio ſemper.
Vt curſo curſas. ſic lectito. curſito ſiue.
Excipitur uiſoue laceſſo faceſſo capeſſo.

Inchoatiua.

Præſentis capiens co dat perſona ſecunda
Inceptiua. uelut ferues ferueſco paueſco.
Hæc in ſco finit. dormis dormiſco docebit.
Sentis ſentiſco ſciſcoq; cupiſco. labaſco.
Inceptiua tamen non omnia uerba tenere
Primiq; tiua ualent. ueluti grandeſco putreſco
Sylueſco uileſco ſimul. bruteſco ue iunge
His iuueneſco. uolunt ſeneo generare ſeneſco.
Ex igne igneſcit. flamma flammeſcit habemus
Ex herba herbeſcit: dumeſcit de quoq; dumis.
Tertius ordo quidem ſemper datur inchoatiuis
In ſco uerba tamen laurentius indicat ipſe
Vallenſis primo incrementum ſignificare.
Idq; placet potius monſtrat nam muſa maronis
Expleri mentem nequit. ardeſcitq; tuendo.
De turnoq; loquens ait ægreſcitq; medendo
Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus.
Fluctus ubi primo cœpit cum albeſcere ponto
Quedam ſignificant quantum ſua prima notarant
Sicut adhæreſco dormiſco ſiue labaſco.

Deſideratiua.

Grāmaticus poſuit formam deſideratiuam.
Vt uiſo arceſſo quod ab arceo. ſiue capeſſo.
Illa quidem phocas diomedes ſeruius atq;
Vidimus ut ſupra formæ iunxere frequenti.
Quod magis affirmo. ſecteris tu quoq; lector.
De uerbis in ſo laurentius edocet illud.
Viſere ſignificat proprie id quod ad ire uidendum
Sicq; faceſſo notat. ſic arceſſo ue capeſſo
Viſo frequens poſuit ſed naſo uolumine primo
Vox canet & longas uiſent capitolia pompas.

Finit carmen de præteritis.

Carmen de ſupinis per Ant.
Mancinellum lib. Quar.

VErba ſupina tenent uel in um uel in u uarſando
Hinc doceo doctũ doctu quoqꝫ ſumere debet.

In Bi.

In bi præteritans tum ſumit dando ſupinum.
Inde bibi bibitum lambi uel itum generabit.

In Ci.

In ci præteritum mouet i. tum poſt ſibi iungit
Vt uici uictum. ſic ictum format & ici.
At feci factum quoniã quotiens retinent a
Ante cio. uertunt io per tum dando ſupina.
Vt iacio ieci iactum: facio quoqꝫ factum.
Ex iis compoſiti ſi præſens i per a ſumit.
Quod facio inficio iacio eiicio bene pandit
Perfectum certe mouet i. tum poſtea ſumit.
Inficio infeci infectum ſic eiicio fert
Eiectum. Vitare docent id parco peperci
Parco tamen parſi dat parſum. Plinius ipſe
Inueniendi auri titulo ſed parcitum inquit.
Vult phocas diſco poſcoqꝫ carere ſupinis.

In Di.

In di perfectum dabit in ſum quippe ſupinum.
Vt prandi pranſum cui morſum iunge momordi.
Defendi format defenſum: pando & pandi
Paſſum declinat. quãquam patior pateoqꝫ
Dant etiam paſſum. tonſum feret atqꝫ totondi.
A tundo tutudi ac tunſi tunſum quoqꝫ tuſum
Reſpondi generat reſponſum. rite pependi
Pendeo dat penſum uideo uiſi quoqꝫ uiſum.
Aſcendi aſcenſum. Sedi ſeſſum geminant s
Et fodi foſſum dat tendo nempe tetendi
Tentum uel tenſum. ſic eius compoſitiuum
Oſtendi oſtentum dabit oſtenſum quoqꝫ rite
A comedo ueniet ue comeſum ſiue comeſtum
Edi fert eſum uel eſtum pædo pepedi
Nulla ſupina tenet. Do nempe datum retinebit
Ex do compoſita o per i mutant. & capiunt tum
Ordinis at terni fuerint tunc compoſitiua.
Hinc dat itum reddo credo perdo quoqꝫ condo
Abſconſum uel itum profert abſcondo ſupina

Hinc dat itum reddo credo perdo quoq; condo
Abſconſum uel itum profert abſcondo ſupina
Ars diomedis ait. ſed cudo reddere cudi
Dic cuſum. cecidi cado caſum nempe creabit.
Ordinis at primi quoniam eſt circundo datū fert
De cuſum uideas quum in ſi perfecta notantur.
N do præcedens. perfecto ſi remouetur
Fac tollas etiam formando quippe ſupino
S geminans. quando correpta eſt ante ſupræma
Findo fidi fiſſum. Siſſum ſcidit indicat illud
Longi perfecti ſimplex s iunge ſupino.
Vt fundo fudi fuſum. compoſtaq; ſimplex
Diffudi monſtrat diffuſum. rite ſequuntur.

In Gi.

In gi præteritum per ctum formare ſupina
Debeat. inſtantis mutatur go quia per ctum
Sic pungo pupugi uel punxi iungito punctum
Sic ago dans egi feret actum. Compoſitiua
Ex uerbis in go licet in præſente mouent. a
Tunc per i ſuſcipiunt illud faciendo ſupina.
Exemplum ſumas ago cuius compoſitiuum
Exigo iam profert exactum frango creabit
Infringo infractum. Tango contingo reducit
Contactum. pango dans pactum uult generare
Impingo impactum fugio fugi fugitum dic.
Aſt euphoniæ cauſa remouere uolunt. N.
Quum retinet ſiue a ſiue i penultima. pandit
Frango quidem fractū infringo infractum generādo

in ii.

Quod dat ii cum ui. debet tum ferre ſupino.
Ordinis aut quarti uel cuiuſcunq; ſit illud.
Munio muniui ſeu muniit edere debent
Munitum. ſcitum ſcio ſciui uel ſciit edunt.

in Li.

In li ſum finit. quotiens l congeminatur
Inſtantis. fallo ſic falſum dico fefelli.
A pello pepuli pulſum. uelli quoq; uulſum
Nempe tuli latum. perculſum perculit effert
Excello excelſum profert excelluit atq;
Exculit. at pſallo uoluere carere ſupino
Tollo ſimul. quamuis ſublatum ſumere poſſit

in Mi

In mi perfectum ſolet i conuertere per ptum
Emi ſic emptum uel ademi format ademptum.
Ante t propterea ponitur. ante t nanq;
M ſine p poſitũ ualde male conſonat uſq;.
Iccirco ſumptus promptus quoq; ſuſcipiunt. p.

in Ni.

In ni ntum format ueni uentum generabit
Adueni aduentum cecini quoq; iungito cantum
Occinit hinc profert ocentum rite ſupinum.
De quo præteritum per ui quoq; perlege lector

in Pi.

In pi præteritans. i per tum uertere debet.
Rupi dic ruptum: ſic cœpi dicito cœptum.
Incæpi incæptum. Capio uult reddere captum

in Qui.

In qui commutant qui per ctum: ſit tibi teſtis
A liqui lictum. deliqui de quoq; lictum.

in Ri.

R prius o geminans præſens. ro uertere per ſum.
Debeat. id curro demonſtrat rite cucurri
Curſum. ſic uerro dans uerri dat quoq; uerſum
Fert pario peperi partum. paritum fugit. & ſi
I pariturus habet. duodeno Statius ipſe
Protulit. atq; hoſti ueniat paritura marito.
Eius compoſitum certe formabitur in ertum:
Comperit oſtendit compertum. ſiue repertum.

in Pſi.

In pſi præteritum. pro ſi tum ſumere debet:
Hinc ſcripſi ſcriptum uel nupſi dicito nuptum.
A ſcalpſi ſcalptum compſi comptum quoq; formes
Repſi uel reptum dempſi demptum ſimul adde
Et ſepſi ſeptum. ſorpſi nil ſorbuit edunt.
Cambio præterea campſi campſum uariabit.

In Si ſecundæ uel tertiæ coniugationis

In ſi fac mutent ſi per ſum. ſiue ſecundi
Ordinis aut terni fuerint. dat rideo riſi
Riſum ſic arſi dabit arſum: fulgeo fulſi
Fulſum declinat. ſic terſi tergeo terſum.
Et luſi luſum. raſi raſum quoq; iunge.
Hæſi fert hæſum manſi manſum retinebit

Et iuſſi iuſſum:ceſſi ceſſum uariabit.
A quatio quaſſi quaſſum quoq; ſumitur apte.
A parco parſi parſum & parſurus habetur
E cudo cudi uel cuſi ducito cuſum.
Inde frequens cuſo eſt. accuſo incuſo recuſo
Hinc componuntur. quare cuſſum caueamus.
Indulſi indulſum ſiue indultum generabit
Sic mulſi mulſum uel multum. torqueo torſi
Torſum uel tortum tamen in tum ſæpius effert
Duplicat ſ miſi nam miſſum reddere debet
At geſſi geſtum dabit. uſſi format & uſtum.
Ferre capeſſitum uoluere capeſſo capeſſi.

In ſi quartæ coniugationis.

Ordinis at quarti perfectum. ſi retinendo
In tum formabit præeuntibus l uel r at ſi.
Farcio dic farti farſi fartum:ſarſi quoq; ſartum
Fulcio uel fulſi fultum:ſed cætera debent
Vertere ſi per ſum:dat ſenſi ſentio ſenſum
Raucio uel rauſi rauſum:ſic cambio campſi
Campſum declinat:tamen hauſi concipit hauſtum.

In ti.

A ſtetit eſt ſtatum. nomen ſtatus eſt breuiandum
Lucanus decimo quorum ſtata tempora ſtatus
Ex ſto uel ſiſto duplici compoſta ſupino
Iunxerunt ueteres:monſtrat abſiſto uel abſto
Abſtitit. abſtatum quoniam uel itum generabunt
Præſtatum uel itum præſto quoq; præſtitit effert
Dat uerti uerſum:aduerti aduerſum uariabit

In ui ſyllabam.

Cunctis ordinibus ui ſyllaba. ui mouet in tum.
Oraui oratum. uel amaui pandit amatum.
Dimico ſic aui retinens formabit in atum.
Et iuui iutum. cieo ciuiq; citum uult.
Nempe ſitum ſiui:moui dic poſcere motum.
A pluit at plutum penitus tamen eſſe negabis
Sanciui format ſancitum:rite plicaui
Atum ferre uolet plicui plicitum generabit.
Delino format itum:deletum deleo reddit
Dans oleo aſt olui:uel oleui format oletum.
Perſius id nomen tantūmodo perdocet eſſe.
Scripſit enim carmen. ueto quiſq̄ faxit oletum

Abſo leo leui formans uult ſumere letum
Ex oleo leui letum quoq; ſuſcipit apte.
Aſt abolet leui atq; lui letumq; litumq;
Nempe adolet leui ue lui formabit adultum.
A noſco noui notum deducere debes
Ignoſco ignoui ignotum formabit inde
Aſt in itum agnoui cognoui & ſæpius edunt
Agnitus accipies iuuenalis protulit ipſe.
Lucanus terno dixit mihi cognitus axis.
Nempe agnatorum quondam ſaluſtius inquit.
Regula prima quidem pellit quæ uerba ſequuntur
Nam paui paſtum: ſeuiq; ſatum generabit.
At ſero dans ſerui ſertum uariare docemus.
Inſerui inſertum: ſed itum inſeui retinebit
Laui fert lautum ac lotum. quondamq; lauatum.
Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatum
Admonuit Venuſinus ait, quarto quoq; faſti
Sacra lauaturas mane petebat aquas.
In ſexta lautum fert Comicus ante lauatum
Potatum ueteres. potum dixere minores
Eſt potaturus prope me fert comicus ipſe.
Tranquillus ſexto potaturus quoq; dixit.
Poturæ te nile grues lucanus at inquit.
Nempe ſolutum effert ſolui. uoluiq; uolutum
A caui cautum. faui fautum generabis.

In ui ſyllabam. & in ii.

Quod dat ii cum ui. debet tum ferre ſupino
Ordinis aut quarti uel cuiuſcunq; ſit illud
Atq; ſupinorum longa eſt penultima ſemper.
Hinc bene munitum muniui & muniit edunt.
Excipiuntur eo retinētia uerba ſed inde
Ordinis ac terni diſyllaba ſiue ſecundi.
Nanq; ſupinorum breuis eſt penultima cunctis
Sic eo dans iui uel ii. dat itum ſupinando.
Sic aditum recte profert adii uel adiui.
Nempe ſitum generat ſiui atq; ſii. lino liui
Quippe litum format raro licet inueniatur
Acio quod quartus tenet ordo ſumito citum.
Nan q; citum cieo ciui atq; cii generabit.
Væneo dat uænum uæniui & uæniit edens
At ſepeliuit habet peliit quoq; rite ſepultum

E ſalio ſalii ue ſaliui ducito ſaltum.
Sallio ſalliui cum ſallit edere debet
Sallitum. ſallo dans ſalli iungito ſalſum.
Sallio ſallitus ſalliturus generabit.
Sallo tamen ſalſus ſalſurus & edere debet.
Ambio præteritans ambii ac ambiit effert
Ambitum nomen tamen ambitus eſt breuiandum.

In ui diuiſas.

Diuiſas in ui perfecta cadentia. ſi co
Verba tenent. tollatur ui tum poſtea ſumunt.
Id necui nectum. ſecui ſectum manifeſtat.
Sed mico dans micui uoluere carere ſupino.
A plicui plicitum deſcendere diximus ante.
Cætera diuiſas in ui per itum ſupinabunt.
Sic domui domitum. cubui cubitum uariabit
A uetui uetitum. crepui crepitum retinemus.
Vult pono poſui poſitum. dixere repoſtum
Ennius atq; maro. ſimplex tamē effuge poſtum
Altera diuiſas in ui. ſi neutra ſecundi
Ordinis exiſtunt. caruerunt nempe ſupinis.
Id pandit calui tepui rubui maduiq;.
Actiuum per ui. ſublato u tum ſibi iungit.
Sic habui profert habitum monui monitum dat.
Vult gigno genui genitum. ſtrepui ſtrepitumq;
Aſt alui profert alitum. generabit & altum.
Elicui recte uolet elicitum generare.
Virus & elicitum nono lucanus habebit
A metui & timui debes remouere ſupina.
Ir. tum uertit ui docui doctum ſupinando.
Sic tenui tentum rapui raptum uel apertum.
Inſerui inſertum deſertum deſerui dic.
Arripui arreptum exerui exertum uariabit.
Occului occultum. conſultum conſuluiq;
Fert colui cultum. cenſum ſed cenſuit effert.
Meſſui habet meſſum: excelſumq; excelluit edet
Pinſuit at piſtum. ſorpſi nil ſorbuit edunt.
Octauo in libro finis pinſita legetur. colum
Torruit a toſtum ſtatui generare ſtatutum
Hæc i præteriti per tum conuertere debent.
Imbuit hinc profert imbutum format acutum
Nempe acui indutum dabit in duo quippe ſupino

Annuit annutum innutum ſimul innuit effert
Arguit argutum.argutus ſimul inde creatur.
Hinc arguturus ſiue arguiturus habetur.
Arguor ab phocas perrectum degenat eſſe.
Conuictus ſed enim conuincor cōmodat illi
Peccato argutus ſolinus dat prope finem
Stupri ait argutam plauti comedia prima.
Ab ruo nempe rutum ruiturus & edere debes
Noſce uolo ſterto ſpuo ſiſto carere ſupinis.
A cano compoſitū formam ſectabitur uſq;
Simplicis a cantum ſuccentū dicimus inde.
Occinui occentum ſiue occinit euariabunt.

In xui uel xi.

In xui aut in xi recte formare ſupina
In xum narrantur ſic nexum nexuit effert
Pexuit & pexi pexum flexi quoq; flexum
Texuit a texo textum generare ualemus

In xi.

Præteritum per xi cuiuſlibet ordinis.in ctum
Xi uertit:luxi formabit lugeo luctum.
Frigeo uel frixi;frictum.ſic auxi & auctum
A rexi rectum capies duxi quoq; ductum.
At pinxi pinctum generat:finxi quoq; fictum:
Strinxi dat ſtrictum minxi mictum uariabit.
A ringo rinxi rictum quoq; ducere debes
Hæc euphoniæ cauſa n mouet e ſupino.
Quāuis retineant illud iunctum quoq; tinctum
Extinxi extinctum:punctum cinctum ſimul unctum.
Anxi anctum:quidam dixerunt anxus ab ango
Dat ſanxi ſanctum:ſanciui tradito citum.
A flexi flexum uariant fluxi quoq; fluxum
Luxi & polluxi docuere carere ſupinis.

Carentia ſupinis & participiis

VErba carent quotiens lector iucūde ſupinis
Tum participiis perfecti ſiue futuri
In rus deficiunt oriuntur nanq; ſupino
Sic timeo timui refugit timitus timiturus.
Grammaticus docuit nullū formare ſupinum
Vrgeo cum renuo:metuo:timeo:tremo:poſco
Compeſco.iugo:diſco:ſpuit:arceo lingo

Caluoq; cum tollo.q̃uis ſublatus ei dant.
Ango anctum profert.anxus quoq;.rus fugit autem.
In meditatiuis inceptiuis quoq; uerbis
Talia deficiunt.tibi paturio eſurio do
Exemplum horreſco feruеſco ſiue tepeſco.
In neutris etiam deſunt.quæ ſunto ſecundæ
Ac per ui faciunt perfectum.caleo monſtrant.
Ferbeo.cum tepeo ſtupeo.lateo.niteo ue
Ex his tolluntur ſeptem ſolummodo uerba.
Nam doleo doliturus habet.careo cariturus
Sic ualeo.placeo.noceo.pateo caleoq;
Pelignus dixit:calituraſq; ignibus aras
In decimo terno.pateo paſſurus habebit.
Hæc quoq; deficiunt in rus propriiſq; ſupinis
Ambigo.ſcando.luo.ſterto.uel ſtrideo ſtrido.
Pſallo.mico.rudo.pædo.tum parco peperci
Et conquiniſco.uel obedio.dego pauetq;
Luceo.tum ſiſto.ſatago.ſcabo.malo uolo ue
Ac nolo.& gliſco.creſco.pluit.æſtuo uergo
Mando.ſimul.ſorbo cum ſorbeo.Plinius ipſe
Inueniendi auri titulo ſed parcitum inquit
Vult participio phocas caruiſſe futuri
Sitio.ſæuo.fluo.ferit.algeo.Plinius autem
Sæpe ſaturus ait.mando manſus retinebit
Nanq; cibos manſos.Fabium dixiſſe notaui.in.x.
In Plauto meminens legitur.tamen effuge lector
A cœpi cœptus cœpturus & ipſe relegi
Tranquilli quarto decimo quoq; Quintiliani.
Oſurus cicero fatur:dum læſius inquit
Exoſus ue peroſus ait Plautus tulit oſus.in.i.
A noui eſt notus
Liquo.uel medeor.liceor.ueſcor.reminiſcor
Fert liquens ue medens ue licens.ueſcens.reminiſcẽs
Dat reor ipſe ratus Diomedes.non tamen ultra
Nempe fruor fruitus uel fructus ſum uariabit
Sed fruiturus habet.fructurus nemo notauit.
Fretus confiſus fertur.ſic dicito nomen.
Threicia fretus cithara fidibuſq; canoris.Virg.
Inuenies tu nempe fruens ciceronia quærens.i.n.d.
Naſcor dat naſcens natum quoq;.dic oriturus
Ac oriens ortus moriens tuus & moriturus

A naſcor phocas tus ſcribit non reperiri.
A participium neutris generato futuri.
Præſentiſq; etiam.staturus ſtans quoq; pandit.
Inuenies quæ tu neutralia præteritorum
Dant participium ueluti pranſus placituſq;
Nupta ue cœnatus.pateo paſſus ſimul adde
Aſſueſco aſſuetus nomen tamen eſſe putarunt.
A titubo titubatus erit.poto quoq; potus
Actiue potus paſſiue & ſumitur apte.
Sic etiam formant neutropaſſiua.docebit
Gaudeo gauiſus.Soleo ſolitus.ſimul auſus
Audeo ſic fido nam ſi ſus præteritabit.
Fio quidem factum ſolum retinere docemus
Quod tibi demonſtrat melior donatus abunde.
Prædictis careant impersonalia cuncta
Vt pudet atq; piget.tedet.licet.ac libet.& ſi
Fert puditum plautus.pigitũ quoq; ſyllius inquit.yll.
Nec pigitum paruoſq; lares humileſq; ſubire
Perteſus pertedet habet.ſuetonius ipſe
Ignauiam perteſus ait de cæſare narrans
Pœniq; tens regimen noſtrum uerbale docebit
Naſo ait & uultus ſine ruſticitate pudentes
Nec gener eſt nobis ille pudendus ait.
Poſcis ab inuita uerba pigenda lyra.prop.
Hæc tamen aduertas potius tu nomina dici.

Supinorum Finis.

Anto.Mãcinellus inclyto adoleſcenti Ioanni michaeli de bonis auguriis:clariſſimi uiri.Dominici filio Vrbani quidem gymnaſii doctoris ſummi.S.P.D.

AVgur romulidas inter celebrande michael
Laudibus inumeris:ſpes decus aura meis.
Calliope te noſtra petit.chorus ipſe ſororũ
Conſequitur phœbo præcutiente lyram.
Has tu ſuſcipiens:lauro redimitus ad altam
Parnaſi cyrphin illico ductus eris.
Hic ſacrum nectar libans dicere poeta.
Aſcrei calamos calliopea dabit.

His igitur poteris clari memoranda parentis
Plurima uicturis tradere carminibus.
At, quia permagna eſt genitori copia laudum
Deficient uires promere cuncta tibi.
Quid refert iacobus adeſt marcellus & alter.
Eſt bernardinus gloria romulidum.
Cantabunt igitur uerſu quæcunq; decoro
Promere noluerit caliopea tibi.

Mancinelli ueliterni Verſilogus

HExametrum pedibus ſenis deducere carmen
Theſpiades monuere deæ pia numina uatum
Heroum quintus. ſpondeum ſextus habeto
Comunes reliquis debent utriq; reponi.
Dactylus e longa fiet breuibusq; duabus.
Martius oſtendit. uel carmen nempe latinis
Spondeum faciet diſyllaba dictio longa.
Multi uel currunt amens ue exempla teneto.
Vltima cuiuſq; eſt cōmunis ſyllaba uerſus
Pentametri dabitur primis romane duobus.
Spondeus duplex duplex uel dactylus aut ſint
Alterni. poſt hos bene ſyllaba longa ſequetur.
Inuenies quandoq; breuem tu plura legendo
Dactilus ille duplex Poſt unica ſyllaba detur
Temporis unius correpta eſt ſyllaba ſemper
Longa duum: nono fabii præcepta notarunt.
In pede ſic quinto ſpondeus ſæpe locatur.
Dactylus æqualis ſpondeo in tempore nam ſit.
Cornua uelatarum obuertimus antennarum
Tertius æneidos meminit.
Inter uocales i duplex conſona fiet.
Maiores meio uel maii pandit abunde.
Syllaba detur ei duplex. hei ſyllaba ſola.
Vniuſq; etiam cui dicas. huic quoq; iunge:
Ille cui. patuere cui albinus tamen inquit. Priſ. vii.
Lætus huic dono uideas dare tura nepotes.
Falſus huic pennas. ſyluarum protulit auctor.
Accipe pompei quarto naſonis habetur.
Aſt aliqui pompei dicunt. uultei quoq; caiq;
Durus ait uultei nimis attentuſq; uideris. Hor. vii. ep.
Caius a prima tremebundus luce ſalutat. Mar. ix.

Quod debes caī redde inqt phœbus. & illinc. Mar. x.

I ſimul u iuncte uocali conſonæ habentur
Continuo uerūtamen unica ſyllaba ſiet.
Vt ianus iuno uinum uacinia uellus.

V poſt g ſeu q. uocali nempe ſequente
Vim perdit. iam lingua docet iam pandit iniquus.
Euaneſcit item dicendo ſueſco ue ſuetus.
Dicendo & ſuauis. perſuadeo ſiue ferendo.
Quod tu id maluiſti lucilius edidit ipſe. Tul.
Statius at dixit quas nox inopina ſuaſit. Th. i.
Flaccus item ſcribit. fureſq; fereq; ſuete. Ho. i. ſer.
Conſona uocalis facta eſt in perſoluenda.
Nunc quoq; te ſaluo perſoluenda mihi. Naſ. ep. yi.

Ex iidem ac iiſdem uocalis tollitur una.
Seu potius binas uocales uertis in unam:
Ii ſimul atq; iis tu monoſyllaba dicere debes.
Dii quoq; diiſq; ſimul tolletur littera prima
Semianimus lector ſemiuſtus ſemihominis ue
I perdunt. quotiens ſcandendo diuido carmen
E de hinc amittit. ſic deinceps. eæ quoq; perdunt.
Oq; proinde ſuum dimittere debet ubiq;.
E deerat perdit: deeſt perdere uult ſimul illud
Cogitat ut ſpecioſa dehinc miracula promat
Flaccus in arte tulit. ſummus fert ipſe poeta
Vix ea dicta dehinc progreſſus mōſtrat & arā .in viii.
Fracta de hinc cūctis auerſaq; pectora bello. Th. viii.

E quoq; ſæpe fugit uocali poſt ſubeunte.
Vergilius profert aluearia uimine texta. in. iiii. g.
Nec tantū rhodope miratur & iſmarus orphea. in. b:
Ferretq; eumenidum thalami & diſcordia demēs. i. vi
Iam ualidam ilionei nauē. iam fortis achate. Vir. i.
Caucaſeaſq; refert uolucres fructūq; ꝓmethei in b.
Ilioni quidam uerūtamen atq; promethi
Scribendum monuere ſyneresin efficiendo.

Ecthlipſis necat m. uocalem. aufert ſynaloepha:
Multum ille & terris fuerat iactatus & alto.
Terminat m. nomen quotiens uocalis & illud
Conſequitur prima eſt uocalis & m remouenda.
Dictio precedens uocalem poſt retinendo
Illam dimittit uocali quippe ſequente.

Id tamen aut ſemper poſſunt ſeruare poetæ
Inſule ionio in magno. fert muſa maronis. in. iii.

Victor apud rapidum ſimoenta ſub ilio alto
Et uera inceſſu patuit dea ille ubi matrem in.i. & a
Ter ſunt conati imponere pelio oſſam.i.g.
Et longum formoſe uale uale inquit iolla. in b.
Clamarent ut littus hyla hyla omne ſonaret. in b.
Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. in b.
Egerat a ſtabulis o erythee.tuis:Prop.iiii.
Rumpe moras omnes.turbataq; arripe caſtra. Vir.ix.
Nomen & arma locum ſeruant.te amice nequiui.
Saltem laudemus dummodo ipſe egeat. Cat.
Bellorum pompa animam exhalaſſet opimã.iu.ſat.x.
Inſignita forent tum milia militum octo.en.
Et formam contra poſitarum imagine coni.priſ.
Viuendũ eſt recte.tũ propter plurima tũ his.iu.ſat.ix.
Aſt aliqui tum iis ſcripſere.i.conſona quo ſit
S cum uocali ſibi iuncta aliquando mouetur.
Aut ouium fœtus.aut urentes cuncta capelle.Vir.ii.g.
Inter ſe coiiſſe uiros & decernere ferro.in xii.
At ſeneca octauo uult eſſe & cernere ferro.
Diſpoſitus prædiues hãis uigilare cohortẽ.iu.ſat.xiiii.
S quoq; ſola perit.te nanq; exempla docebunt.
Arboribus ueteres decidere falcibus ramos.lucr.v.
Affixus noſtris tu dabis ſupplicium.cat.
Sudor ibi arcano florentes igne ſmaragdos.th.ii.
Interea ſol albus receſſit in infera noctis:En.
Linquimus inſani ridentes præmia ſcribe.hor.i.ſer.
Exuperat uerſus cui ſyllaba.hypermeter eſto.
Ecce furens animis aderat tyrinthius.omnemq;
Acceſſum luſtrans huc hora ferebat & illuc.Vir.ix.
Finem principio uerſus adiunge ſequentis
Q uaceſſum dicens.de cunctis ſic quoq; fiet.
Vim quandam in uerſu aſpiratio habere uidetur.
Haud tamen id uerum eſt.illa ſine nanq; relegi
Carmina multa quibus ſynaloephe nulla tenetur.
Exempla oſtendi.uideas illa ſubeunte.
Poſt habita coluiſſe ſamo hic illius arma.uir.i.
Pontice cum licino hic quoq; magnus hõ eſt.mar.ii.
Si fur diſpliceat uerti homicida miloni.iu.ſa.ii.
Atq; catullus ait iam dicetur hymeneus.
Virgilius manibus hominum periiſſe iuuabit.
Q uid mirum.plura inuenies non hæc ſubeunte

Longa quidem prolata licet correpta locanda
Dum ſanguis inerat lucani cõtinet alter.
Nam tibi tymbre caput euãdrius abſtulit enſis uir.x.
Luctus ubiq; pauor & plurima mortis ymago. Vir.ii.
Et furiis agnatus amor & conſcia uirtus.uirg.xii
Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.uir.iiii.
Noſtrorũ obruimur oriturq; miſerrima cædes.uir.ii.
Liminaq; : lauruſq; dei:totuſq; moueri.uirg.iii.
Sideraq; uentiq; nocent auideq; uolucres.naſ.i.v.
Mittit hypermeſtra de tot modo fratribus uni.naſ.

Prima ſyllaba.

OCto rite modis noſcetur ſyllaba prima.
Seu poſitu.ſeu diphtõgo.ſeu prepoſitiua
Deductu exemplo uel norma.compoſitu ue
poſitio
Vocali ante aliam. Poſitus tamen eſſe feretur
Quum poſt uocalem ponetur conſona bina.
Vel plures.aut x duplex.aut z uel i ſit.
Vt tempus luſtrum dixerunt azimus aio
Hinc ſemper longa eſt uocalis quælibet ante.
dictio præcedens poſitu quandoq; potitur.
Vindicta grauior q̃ iniuria.fert iuuenalis.ſaty.xvi.
Occulta ſpolia & plures de pace triumphos.ſat.viii.
Cur hedera cincta eſt.hedera gratiſſima baccho.li.z.ſ
L tamen r q; ſimul poſt mutam forte ſequentes.
Vocalem efficiunt communem ſi breuis eſſet.
Id cyclades pandunt uel cyclades:atq; doryclus
Sic patris ac tenebræ.patris uel ſiue tenebræ,
M ſimul n grecis liquidæ quoq; uocibus inſunt
Ecce inter primos theramneo a ſãguine clauſi.ſyl.viii
M tanq̃ poſuit mutam.Marcus tamen inquit
Delectat marium pernicioſus ichneumon in.vii.
Euterpe cohibet nec polymneia.Hor.
Communem mediam græcis ſeruabit arithmos.
diphtongus &
Diphtongus græce producitur atq; latine.
Euterpe prædico docent.breuiato præuſtus
Corripies etiam romane præire præeſſe.
p̃poſitiua
Compoſtæ de præ ſe di quoq; præpoſitiue.
Sunt producendæ.dirimo breuiare memento.
A ſimul e longa eſt:uocali non ſubeunte.
Amitto euado uobis exempla dabuntur.
Ab uel ad obq; breue eſt.uocali nempe ſequente.

Nempe re corripitur. reſert producitur eſſe
Vtile ſignificat quotiens. ditat ue notabit.
Producit reduco quidem breuiatq; reduco
Dii tibi dent capta claſſem redducere troia. hor. ii. ſer.
Palma negata macrum donata reducit opimū. ii. ep.
Pro longam doceo. uocali non ſubeunte.
Nam proauus prohibet ſoliti breuiare poetæ
Corripiunt etiam profugus ue procella profanus.
Tum pronepos propero proficiſcor ſiue proteruus.
Sicq; profeſſus erit ue propheta profecto profundus.
Adde ſimul dictis ue profuſus ſiue profeſſus
A prope ſiue procul dixerunt talia duci
Corripit & prologus. Tu cætera noſſe labora.
Deductæ uoces primaria rite ſequuntur. deductus
Hinc donum a dono ueniens producitur uſq;
A breuibus deducta quidem producimus iſta.
Iunior. & caſus. ſtaturus tegula remus
Vitupero. humanus laternaq;. ſæcula. rapum
Legem. iuncundus. binus. totus quoq; regem
Regula uel denus. nonus. uocem quoq;. trinus.
Viginti italiam. uel macero. uenaq;. uomer.
Iumentum. petus. iungatur ſectus. humor.
Sicilis ac fomes. ceritus. iugera. ſedes.
Cætera. marte tuo poteris dignoſcere lector.
Hæc nata ab longis correpta reponere debes
Sume dicax. ſtabilis. manus & titulus. uel ariſta
Iunge lucerna. ſopor. quater. atq; farina. diſertus.
Sic fragor. aut fragilis. ducis atq; tigillus. ofella.
Adde uadum ue ſagax prædictis. adde ſigillum.
Iunge uirum. uel aquam. noto uerbum. iunge q̄ternus
Inde mamilla. fides. ſiquidē. nato. ſiue bubulcus.
Hinc odium. lotium. fatuus ue curulis. acerbus
Et femur. ac ligulam uelo omaſum. ſic & aceruus
Cætera marte tuo poteris dignoſcere cuncta.
Exemplo utemur. ratio quum deficit ulla. Exemplū.
Inde ſiler breuio ſectans exmpla maronis
Curua tenent. ut molle ſiler. lentæq; geniſtæ. i. ii. ge.
Hinc ruſine ſequar te quum penultima dices
Tullius hunc laudat cui ſit penultima longa. Ruſ.
Tubera ſunt fungi. tuberes at poma uocantur
Obiice producas. obice at correpta locetur.

Correptum ſubicit productum ſubicit eſto.
Cõmunem retinet primam quæcunq; ſequuntur
Gradiuus. pelion. palatia ſiue diana.
Hymen fidenæ. rubigo. liquor ue pachynus.
Sycheus. tineæ. uirum. liquiduſq; ſicanus.
Britanni. ac italus. bithynus. ſiue profectus.
Profundo uerbum cacus quoq; iunge prop:no
Procuro orion. coſira ac inſula quædam
Himulus. & carthis. ſilenus criticus atq;
Rutilius. rudo. uel lycas. atq; pyrene.
Dolon curetes uerum tu plura notabis.

Norma

Regula iam ueniet. qua ſyllaba prima patebit.
Præteritum quotiens diſyllabon inuenietur
Producit primam ceu legi. Tolle fidiq;.
Tolle dedi atq; tuli ſtetit & bibit ac ſcidit ipſe
Abſcido abſcidi. abſcindo tamen abſcidit effert.
Præteritum geminans primam ſibi corripit uſq;
Pendeo demonſtrat ſolitum formare pependi.
Cætera præſentis nâturam quippe reſeruant.
His tamen exceptis. genui poſui. potuiq;
Nam gigno & pono poſſum quoq; longa notantur.
Inuenies reperi repuli retuliq; legendo
Repperit inuenies & repulit. illud idem ſic.
Producunt primam diſyllaba cuncta ſupina.
Vt luſum uiſum. Tolluntur itumq; quitumq;.
Acieoq; citum. coniunge datumq; ſitumq;
Adde litum ue ſatum ue rutum. ſtata iungere debes

cõpoſitus

Compoſita accentu monſtratur ſyllaba quanta eſt
Perlego præpono prædico præparo dices.

Vocalis an aliã

Vocalis tamen ante aliam correpta manebit
Nominibus noſtris. præter dius ſimul aer.
Nomina græca tamen ſunt iſta ferenda latinis
Dic fio fiebat item. Sed nempe ſequenti
R poſt e ut fierem fieres correpta docemus.
Græca quidem producta leges correptaq; multa
Aonides clio demonſtrat. iulus iola.

## Media ſyllaba.

Syllaba quinq; modis meſa noſcit ipſa latinis
Diphtongo. poſitu exẽplo. accẽtu quoq; bino
Vocali ante aliam diuiſim cuncta patebunt

diphtongus
poſitus

Diphthongus longa eſt poſitus quoq; longus habet

Pandit lenæus comœdia.ſiue repoſtus.
Noſcitur exemplo fiducia quanta locetur.
Omnis ſpes danaum & cœpta fiducia belli. Vir.ſi.
Bacchius rufinus ait.non bacchius autem.
Principium bacchius erit.concludet iambus.
Cōmunis medias quædam ſeruare notabo.
Cōtudit.ſyphacem.pharſalia ſiue bataui.
Cyane cyane.lecythus lecythus atq;
Connubium.cybele.bebrycis ſiue cybelle.
Orion dices orionis ac orionis
Aegæona ferunt ægeona ſæpe poetæ.
Porſena.ſicedulæ porſenna &.iunge ſicanus.
Plura quoq; inuenies iſtis relegendo poetas.
Cōmunem retinet mediam ablatiuus eodem.
Ne placeat curru ſeruus portatur eodem Iu.ſat.x.
Non eodem curſu reſpondent ultima primis.
Hoc eodem ferro ſtillet uterq; cruor. Proper.i.
Vno eodemq; tulit partu.maro protulit ipſe. in.xii.
Sic etiam dices in eadem poſſe notari
Vna eademq; uia ſanguiſq; aīuſq; ſequuntur. Vir.x.
Hac eadem rurſus lygdame curre uia. Prop.iii.
Accentus lex eſt.qua ſyllaba tollitur ipſa
Deprimitur ue tibi quicquā romane ferendo.
Eſt grauis accentus circūflexus uel acutus.
Deprimit ipſe grauis uocem tollit ſed acutus.
Aſt circūflexus uocem leuat & premit ipſam:
Noſcitur accentu ſolum penultima quanta eſt
Sidera latratus fortuna uel indicat ample.
Semper ubiq; feras uel ibidem.corripe nunquā
Ante aliam ſemper uocalis corripietur
Vocibus in noſtris.ut gloria filius. at dic
Vnius unius uel ſic cognata repones
Alterius tantum uel alius dicere debes.
Conſona præcedens es quintæ.res tibi monſtrat
Tradite e correptum genitiuo ſiue datiuo
Nanq; rei format.fideiq; fides generabit.
At ſi præcedet uocalis longa ſit e tunc.
Oſtendit facies faciei ſiue diei.
Aulai pro aulæ recte producere debes.
Dic choream plateam ue choream ſiue plateam
Sic maleam dices ue maleam nomina græca

Corripiunt partim: partim producta uidebis.
Oceanus ſimonis docet id. ſpondeus oreas.

### Vltima ſyllaba.

VLtima noſcetur triplici ratione latinis
Diphthōgo ut muſæ: poſitu quoq; ſicut amarēt
Regula prædictis quamplurima iungitur apte.

### In a.

Omnia lector in a debes producere ſicut
Interea contra. tolles ita uel quia tantum.
Vltra uel fruſtra uerum cōmunia legi.
Ima uehunt cæli luxit dū fruſtra frequenter. ruſ. i arat
Curaq; nil prodeſt: nec ducitur ultra cicatrix. ſereuus
Induperatiuum primæ productio ſemper.
Caſus in a breuis eſt præter q̄ ſextus ut aula.
Quintus item græcus quem rectus in as generabit
O palla ænea diama bitia peliaq;
In rectoq; etiam muliebria ſæpe pelaſgum
Produxere. uelut tegea. nemeaq;. rhea ue.
In ginta inuenio cōmunia: corripe genta
Quadringenta docet. uel quinquaginta michael.
Quinquaginta uiros. prologo dixere ſecundo. in th.
Quadraginta dedit gracchus ſeſtertia dotem. Iu. ſa. ii.
Mutua q; nobis ter quinquaginta dediſti. Mar. li. iii.
Sexaginta teras cū limina mane ſenator. Mart. li. xii.

### In e.

Producuntur in e monſyllaba. me ceu te. ſe.
Ipſa quæ pro & breuiat. quæ longa eſt: ſemper ubiq;.
Rite ne pro an breuis eſt. prohibens ne lōga manebit
Næ quoq; pro certe uel pro ut non. longa docetur.
Væ populo dicens producas corripe pro uel.
Fœmineum nomen græcorum ſit tibi longum.
Penelope libye nerine pandit abunde.
Quintæ ablatiuum produc ternæ breuiabis.
Excipiturq; fame. tabe communis habetur.
Diphthongo primæ genitiui ſiue datiui.
Recti uel quinti pluraſes. ſunt bene longi.
Exemplum muſæ demōſtrant ſiue poetæ.
Quippe uocatiuus primæ ſextus ue pelaſgum
Producunt ſemper. docet anchiſe uel achate
A dandi caſu deducta aduerbia produc.
E ſumunt quotiens mutato o pandere poſſunt

Docte uel ſtulte. Breuia male uel bene ſemper
Illa fere ferme quare & producere debes.
Induperatiui longi quoq; ſunto ſecunde.
Dic uale ſiue uale. quoniam reperitur utrunq;.
Idq; quod ignoti faciunt uale dicere ſaltem. in. i. triſt.
Tu tepe communem lector cale uellique pones.
Alta tepefaciet permixta ſanguine cæde. Cat.
Tura liquefaciunt peligni ſeptimus inquit
Omne aliud iamiam pollyſyllabon eſt breuiandum
Scribere demonſtrat prope gauſape cæpe cubile.

In. i.

Infinita uelut ſtudui producito cuncta.
Græcorum quintus ceu thebai corripietur:
Sicq; datiuus aget d iuncto. id phyſidi monſtrat.
Tyndaridi uerum paridiq; propertius inquit. li. iii.
Statius at thetidi. quare ſic plurima cernes
Præcipue quotiens his nomina gærca tenebunt
Aſt ubi ſiue mihi tibi uel ſibi. lector ibi ue.
Communes legi niſi uel quaſi corripiuntur.
Sæpe quaſi rurſus uertens ſ produixt aratum.

in. o.

Omnia. ceu do ſto monoſyllaba longa feruntur.
Producunt breuiantq; ſimul polyſyllaba uerba.
Nomen item: uelut i curro currendo catone.
Ablatiuus enim producitur atq; datiuus:
A domino monſtrat. Duo ſemper corripietur.
Sæpe ergo communem ſacri poſuere poetæ:
Frater ego tibi ſim filius unus ego. Prop. ii.
Græcula ceu dido uel ſapho longa tenebis
Tanto uel quanto ſic cuncta aduerbia produc
Illico corripes. modo. mutuo. uel cito ſemper.
Commune eſt ergo. crebro ſero atq; profecto.

in. u.

V longum pones ueluti cornu uel amatu.

in. c.

In c producas. ceu fac dic duc ſimul halec.
Excipitur donec lac nec quia corripiuntur
Hic pronomen erit cõmune alias bene longum.

in. b. d. m. t.

B d corripiunt ſic m t. ni poſitus ſit.
Vel ſit diphthongus uel ſyncopa facta poetis.

Sub uel ob oſtendunt ad ſed caput occiputumq;
Inſignita forent tum milia militum octo:En.
Magnus cuius obit & formidatus othoni:In.ſaty.vi.
Quis neſcit:aut quis non uidit uulnera pali:Iu.ſati.vi.

In h.

Ah uah producunt.

In.l.

L breues ſemper ceu ſal ſemel annibal & mel.
Sol nil produces:gabriel pol ſiue michael.

In.n.

N producatur:ceu titan quin helicon ſplen.
Excipe tu forſan uel forſitan attamen exin.
In uel an atq; uiden:ſic creſcens per genitiuum
Vt nomen:producit hymen ſyren quoq; ſemper
An uallas præferre præces balbus tamen inquit:li.v.
Rectus in in delphin demonſtrat longus habetur.
Ilion ac pelion breues.ſic plura pelaigum.
Quartus in in breuis eſt.ceu tigrin thyrſin & iſin
Quartus in an primæ uel in en.producitur uſq;
Indicat ænean anchiſen penelopen ue
Fœminei quartus dans an breuiatur ubiq;
Maian ut æginan:Sed naſo in triſtibus inquit.
Qui legis electran & gentem mentis Oreſtem:li.ii.

in r.

Omnia lector in r correpta:ut cæſar & imber.
Producas aer craterq; ſtatherq; character.
Sic & iber.æther:cur:ſur:panther quoq; lar far:
Ver.nar par:diſpar uel cōpar:compoſitiua.
Cor cōmune leges:amor atque dolor pauor atq;:
Plurima ſic etiam:ni forte figura notetur

in as.

As finita uelut pietas producito cuncta:
Corripe græca tamen:ſi dis genitiuus habebit.
Palladis:ut pallas plurales corripe quartos
Græcorum ternæ:uelut arcadas ac elephantas.

in es.

Es retinens produc.ſpecies oſtendit & hæres.
Corripe multa tamen : penes inquies es quoq; uerbum
Compoſitiua ſimul.Breuis & penultima creſcens
In quibus eſt breuis.teres ut miles ſimul hoſpes.
Hæc tamen excipimus.paries aries abies ſpes.

Reſqꝫ ceres & pes:iungantur compoſitiua.
Plurales caſus græcorum corripe ſemper.
Lampades accipiam .uel troades:aut garamantes.

In is.

Is correpta manet:tum græcis:tumqꝫ latinis.
Vt paris ac ignis:produc ſimois pyroiſqꝫ.
Tethyos ac tethys:Thetis at thetidis breuianda.
Sic micat:aut rutilus pyrois:aut ore coruſco: colũ
Et formidantem patrios pyrœnta dolores
Balbus ait quinto:recto ei diphthõgus habet Priſ.vii.
Delphis delphinis ſic aris:ſic & eleuſis.
Vel delphin:arin:& eleuſin:longa manebunt.
Producti recti quibus a penultima creſcens
Longa datur patrio:ſamnis ſamnitis id offert
Caſus in is numeri longus pluralis habetur
Vt quis:uel nobis:dominis:Vis ſis quoqꝫ longæ
Sic nolis.q̃uis adſis:& compoſitiua.
Is uero:quis.bis:nis tis ſunt corripienda.
Verborum quartæ.uelut audis ultima longa
Neſcis uel dormis cõmunia legimus eſſe.
Producunt fueris dederis legeriſqꝫ poetæ.
Longa uelis mauis.is uerbum & compoſitiua
Vt tranſis uel adis uel obis:ſic cætera cuncta.

In os

Os longum fiet.uelut os oris ue ſacerdos.
Os tamen oſſis habens breuiandũ compos & impos
Corripe græca uelut chaos ilios ac genitiuos
Tethyos iliados.longa heros tros quoqꝫ minos.
Androgeos & athos uel rhinoceros phileros ue.

In us.

Vs breue ceu marius.monoſyllaba lõga uelut tus
Sic etiam tellus quibus & penultima creſcit
Longa quidem ſemper:palus eſt cõmunis habenda.
Quarta aũt patrium producit:tris quoqꝫ plures.
Longi græcorum patrii didus ue calypſus
Longa manẽt hydrus pãthus amãthus ue melampus
Pus retinens breue fit quotiens iunxere ſecundæ
Oedipus oſtendit græce oedipos atqꝫ melampos

Finis Elegi metri:quod binis uerſibus cõſtat
Exametro heroico ſubiuncto quinario.

Carmen Saphicum hendecaſyllabū.

COndere conſtituam ſaphus a nomine carmen
Ante trocheus erit: ſpōdeus dactylus inde
Primus item binus: tribus autē uerſibus actis
Verſiculum herous ſpondeus & edere debent

Ad. Io. Michaelem augurem.

Te deus ſummo titulo decoret
Tradat & mundi regimen ſuperbi
Regiam poſt hæc teneas olympi
Chare Michael.

Metrum dactylicū Aſclepiadeum

MEtro Aſclepiadis ſpondeus dactylus inſit
Hinc cæſura datur. duplex ſit dactylus inde

Ad hieronymum Maſerium foroliuienſem.

Iam tempus redeas dulcior omnibus
O mi diuitiis culte hieronyme
Magnam cui tribuit iuppiter optimus
Rerum notitiam: Cui loca ſiderum
Cui cæli ratio cuncta climata
Noſcuntur penitus. Carmine dulcior
Nato calliopes: cultus in omnibus.
Quare iam repetas atria principum

Metrum phaletium hendecaſyllabum

QVinq; pedes uerſus capit hēdecaſyllabus apte
Spondeum heroū: capiet tris inde trocheos.

Ad lectorem.

Paruo percipies labore noſtris
Artem carminibus benigne lector
Non paruo mihi conſtitit docere.
Nam legi uarios diu libellos
Quo poſſet mea tutior uagari
Clio: iam ualeas amice fœlix

De pedibus metrorum ſecun
dum Fabium & Diomedem.

Diſyllabi quattuor

SPōdeū faciet diſyllaba dictio longa: ut ferrent
Cōtra ē pyrrichius iābus dibrachus atq;: ut pius
Lōga breuiſq; dabūt ue choreū ſiue trocheū: ut dixit.
Prima breuis tū lōga ſequens formabit iābū: ut amant
Ipſe choreus erit tribachus ue trocheus habendus.
Quod nono Fabius meminit romane Michael.

Octo triſyllabi.

DActylus e lōga fiet. breuibuſq; duabus ut martiꝰ
Dactylus herous quoq; dicitur ut fabius uult.
Binis e breuibus lōga ſimul eſt anapeſtus ut ſpēs
Hic etiam fertur græce antidactylus idem.
Treſq; breues. tribrachum faciūt: reſeret bene mōſtrat
Tris longaſq; moloſſus habet cōtrarius illi: ut cantabāt
Iūge duas lōgas mediāte breui āphimacrus ſit. charitas
Pes tamē a fabio uocitatur creticus idem
Inter longa breues Amphibrachus eſt; ut amantur
Eq; breui bacchius erit. longiſq; duabus; ut egeſtas.
Si binis longis correpta eſt ſyllaba iuncta
Antibacchius ue palimbacchius habetur ut natura

Sedecim tetraſyllabi.

ET ꝓceleumatico correpte q̄tuor īſunt. ut ariete
Eſt diſpondeus ſemꝑ cōtrarius illi. ut oratores
Longa breuis. uel longa breuis iungātur ī unū
Ditrochæus erit uel dichoreus habendus. ut uindicator
Eſt breuis & longe. breuis & longe dilambus. amœnitas
Longa duæq; breues: & lōga ſimul coriābū. ut uerſificās
Antipaſtus erit breuis. & bis longa breuiſq; ut uiderēt
Tuq; duas longas breuibus ꝑpone duabus. ut deponite
Ionicus maior. minor contrarius illi. Vt diomedes.
Primus erit pæon. longā breuibus tribꝰ adde. ut lætitia.
Lōga ſecūda. breues aliæ tres ſitq; ſecūdus. ut amabilis.
Tertia longa. breues aliæ tres. tertius extat. ut alienus
Quartaq; lōga. breues aliæ tres. quartus hēre celeritas
Prima breuis. longe tres primū dāt epitritū ſacerdotes
Sitq; ſecūda breuis. lōge tres. ſitq; ſecūdus. ut cōditores
Tertia ſitq; breuis tres longe. tertius eſto. ut hereditas.
Syllaba quarta breuis. lōge tres. quartus habēt oratoris
Hippius hic etiam fertur ab diomede.

Cōmunium ſyllabarum teſtimonia

ET qui condiderat poſtq̄ non repperit aurum
Aptauit collo quem reꝑpit laqueū. Auſonius
Reppulit a libycis īmēſum ſyrtibꝰ æquor Luc. I.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes. medea.
Rettulit & ferro rhœſum. dolonaq; cæſos. Penel.
Si reditum retuliſſet is aut in tempore longo. Cat.
Gradiuus q̄tas populus ſpoliauerit urbes. th. iiii.
Gradiuūq; patrē. geticis qui præſidet aruis. V. iii.

Inclyta amazonidū magnoq; exorta gradiuo. bal.iiii.
Et genus a magno ducentem forte gradiuo. Met.v.
Pelion hæmoniæ mons ē obuerſus in auſtros Faſt.v.
Oſſaq; cum pelio cūq; hæmo ceſſerit othris. Syl.iii.
Haud timeā magni dixiſſe palatia cæli. Met.i.ſil.
Quam tanti fuerit cadere.ut palatia cernas Syl.xii.
An noua cōtentis ſurgant palatia flammis. St.i.ſil.
Exercet diana choros.quam mille ſecutæ. Vir.i.
Ter geminâq; hecaten.tria uirginis ora dianæ.Vir.iiii.
Hymen o hymenææ hymen.ades o hymenææ Cat.
Affuit & ſertis tempora uinctus hymen. Naſ.ep.vi.
Viuat fidenis:& agello cedo paterno. Iuue.ſat.vi.
Hi tibi nomētum:& gabios urbemq; fidenam. Vir.vi.
Exeſa inuenies ſcabra rubigine pila. Vir.i.ge.
Vteris ore aliter:nimiaq; rubigine captus. Mar.ii.
Pondus uti ſaxis.calor ignis.liquor aquarum. Lucr.i.
Fiet uti cibus omnis & aridus & liquor ipſe Lucr.i.
Præſtat trinacrii metas luſtrare pachyni. Vir.iii.
E qbus ībriferos uerſus pachynus ad auſtros. Me.xii.
Huic cōiunx ſychæus erat ditiſſimus agri. Vir.ii.
Anna fatebor enim miſeri poſt fata ſychæi. Vir.iiii.
Natura interno cū uiſcere tinea ſerpens. Serenus.
Agreſtes tineæ res obſeruata colonis. Met.xv.
Condantur parco fuſca falerna uitro. Mar.iii.
Candida ſic puro numerantur lilia uitro. Mar.iiii.
Craſſaq; cōueniunt liquidis & liquida craſſis. Lucr.iiii.
Fida reor fraterna erycis portuſq; ſicanos. Vir.v.
Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra. Vir.iii.
Sicanio prætenta legunt aliqui tamen illud
Sicanium dedit uſq; fretum balbus canit ipſe.
Et penitus toto diuiſos orbe britannos. in b.
Nam quid britānis cælū differre putamus. Lucr.vi.
Hinc auguſtus agens italos in prælia cæſar. Vir.viii.
Cōiecto ſternit iaculo uolat itala cornus: Vir.ix.
Bythino phrygioue ſatum.ſed quē ſua noto Bal.iii.
Quāq̄ & capadoces faciāt:equiteſq; bithyni.Iu.ſat.vii.
Hæc quoq; ꝑfecto ludebat iaſone uarro. Proper.ii.
Arcades his oris genus a pallāte profectum. Vir.viii.
Has poſtq̄ mœſto profudit pectore uoces. Cat.
Impia dementis uulgi & uix tota profudit. Syl.x.
Cacus auentinæ timor atq; infamia ſiluæ. Faſt.i.

Hís cacus horrẽdũ tyberino gurgite mõſtrũ. Me.ix.
Hiſcere tãq̃ habeas tria nomina.qñ ꝓpinat. Iu.ſat.v.
Cœnat propinat poſcit negat ínuit una. Mar.i.
Riſit.& his inquit facito mea tela.procures. Faſt.iii.
Procurate uiri.& pugnam ſperate parari. v.xi.
Quũ ſubito aſſurgens fluctu nymboſus orion v.i.
Enſifer oriõ æquore merſus erit. Faſt.iiii.
Fertilis eſt meritæ ſterili uicina coſiræ Faſt.iii.
Et bellare tabas docilis coſiraq; parua. Sil.xiiii.
Atq; hinuli pellis totos operibat amãtes. Prop.iii.
Vitas hinuleo me ſimilis cloe.hor. Ode.xxiii.
Huc licus.huc lagaris.peneuſq; hypariſq; crathiſq;
Crathis & hic ſybaris uřis cõterminus oris. met.xv.
Silenum pueri ſomno uidere iacentem. in.b.
Quantũ omnis mundus gaudet cantãte ſileno. in.b.
Vt critici dicunt leuiter curare uidetur. hor.ii ep.
Aequali liber eſt critice qui malus eſt. mar.vii.
Et graue magnanimi robur mirare rutili. de.pon.i.
Hanc tibi præpoſito memorãt dixiſſe rutili. faſt.vi.
Famæ rutillium ſuæ relinquas. mar.v.
Vincla recuſantum & ſera ſub nocte rudentũ. v.vi.
Findor ut arcadiæ pecuaria rudere credas.perſ.ſat.iii.
Inde lycam ferit exectũ iam matre perempta. v.x.
Protinus antæum & licã prima agmina turni. v.x.
Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella pyrene. ti.i.
Pyrene miſit populos qui nomẽ ab amne. Syl.xiiii.
Antiqui proles bello præclara dolonis. Vir.xii.
Rettulit & ferro rhœſum dolonaq; cæſos. Penel.
Illic bellaci confiſus gente curetum Luc.iiii.
Celme Ioui largoq; ſatos curetes ab imbri. Met.iiii.

Mediæ cõmunes.

Viroſq; ualentes contudit crudelis hyẽs. En.in an.
Speratũ meritis dirã qui cõtudit hydrã. Hor.ii.ep.
Tolle tuũ p̃cor anniballẽ.uictũq; ſyphacẽ. Iu.ſa.vi.
Cõpulimus dirũ ſyphacẽ fractũq; metello. Clau.iii.
Pharſaliã coeunt.pharſalia tecta frequentant Cat.
Vagiones bathauiq; truces quos aere recuruo Luc.i.
Hic petit euphratẽ iuuẽis dõitiq; bathaui Iu.ſa.viii.
Inter ſicilidas cyanæ celeberrima nimphas. Met.v.
Cognita cyane præſtanti corpore nympha. Met.ix.
Lecythus de hoc uide græcum uocabularium.

Experiar numidũq; petam connubia ſupplex. Vir.iiii.
Occurrit comitum nymphæ quas alma cybelle. Virg.x.
Vel tu quę tardam mouiſti fune cybellen. Prop.ulti.
Hinc uiduæ cybeles.illinc ſacraria ueſtæ. Mar.vii.
Bebrycis & ſythici procul inclæmentia ſacri.bal.ii.
Poſſeſſus baccho ſæua bebrycis in aula.Syl.iii.
Enſiferi nimium fulget latus orionis.Luc.i.
Aut elicen iubeo ſtrictumq; orionis enſem.met.viii.
Atq; auro rude fulmen habent orionis alti.th.vii.
Aegæona ſuis ĩmania terga lacertis.met.ii.
Hæc centum gemini ſtrictos ægæonis enſes. clau.iii.
Nec nõ tarquinum eiectũ porſenna iubebat.uirg.viii.
Hanc ſpectare manum porſena non potuit.mar.i.
Cætera quæ patulo lucet ficedula lumbo.mar.xiii.
Mergere ficedulas didicit nebulone parẽte.iu.ſa.xiiii.
Fida reor fraterna erycis portuſq; ſicanos. Virg.v.
Sicana nunc tellus nunc littora ibera cruore. Syl.xvi.
Ionioq; mari maleæq; ſequacibus undis. Virg.v.
Deſtinet & raucæ circumſonat ira maleæ. Th.vii.

Finis.

Emendanda.

In prologo Spicæ.Ne ſorte ſubirent.in prima declina/tione:dum dat & aurũ.In eus. Tydeon umq;.in or. Sed e raro.in bs. Calybũq; chalybs.iii. pronica. Scipiaden faciens.in titulo.xxiii.Arbutus arbor erit.In ti.xxv. ſic elephas hic.in titu.xxvii.tumq; ſecundi.in generibus fa/cie prima.aut flumẽ rhenum ſed Horatius. viii. tribuit ſtrabo.clauiger & tanto eſt.Cruſtumiũ neutro.Elatum arcadiæ flumen.hoc robor ſuber. in numeralibus. Sic etiam fiunt.hoc & mille.in on.ilion at neutri In er.Et ſi ſer.hoc iter accipiet.Anchiſes alacris palmas.In es Cor reptũ tenẽt e. In inx.tenet ſphinx.De præteritis in go. pungo pupugi.In mo.Sed Redimo redimire creans in quarta coniug.neſcit effert in uerbis in or. Altus alor profert.Delectus deleor effert. in li.de ſupinis uoluere carere ſupino.In uerſilogo quod binis uerſibus conſtat item in i terminatis uerentes produxit aratum.

Impreſſum Mediolani p Ioannẽ angelũ ſcinzẽzeler
Anno domini.Mccccc.die.xxviii.iulii.

Inc 300